

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Compendium Marsilii Ficini in Timaeum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

Eorum verò qui è terra venerunt, plurimos, quia & ipsi calamitatibus laborauerint, & laborantes alios viderint, haud temere vitam eligere. Quam ob causam, ac etiam propter sortis fortunam, bonorum malorumque multis animi mutationem contingere. Porro si quis semper cum in hanc vitam venerit, sincerè philosophetur, neque electionis fors ultima ei contingat, eum ex his qua illinc nunciantur apparet, non hic solum felicem fore, sed & profectiorem hinc illuc, regressioremque huc iterum haud sanè terrenam & asperam subiturum, sed lenem atque celestem. Hoc quoque consideratione dignum spectaculum esse dicebat, quomodo singula anima vitas singulas eligebant. Miserabile quippe istud, ridiculum, visumque mirum, electionem scilicet secundum vitas prioris consuetudinem, ut plurimum facientes. Animam enim inquit, qua olim Orphei fuerat vidisse, cygni vitam odio muliebris generis eligentem, nolentem videlicet ex mulieribus à quibus occisus fuerat, nasci; Thamiris verò philomena. Cygnum etiam conspexisse ad humana vitam electionem conuersum, aliaque musica animalia, ut consentaneum est, similiter. Quandam etiam, cum oblatas sortes essent, leonis elegisse vitam, hanc verò Aiakis Telamonij fuisse dicebat, detestantem hoies quoties iudicij illius, ubi pro armis cum Ulyxe cõrendit, in mentem venisset. Post hunc Agamemnonis animam propter arunas, odio humani generis vitam aquilae asciuisse. Atalantes autem animam, cui media quaedam sors contigerat, intuitu dixit quam maximis honoribus viri athleta afficiatur, continere se non potuisse quin vitam athleta eligeret. Animam deinde Epei Panopeensis ad artificiosa mulieris naturam protinus migrasse. Longè verò inter nouissimas ridiculosi Therisitidis animam simiam induisse. Casu verò, Ulyssis animam sortem ultimam contigisse. Quocirca & ad eligendum vitam aduenisse dicebat. Præteritorum autem laborum memoria, ab ambitione cessantem, diuque prius quam eligeret circueuntem, quasi priuati hoies minimeque curiosi vitam. Eamque vix tandem alibi iacentem & ab alijs neglectam reperisse, dixisseque non aliam se vitam electuram fuisse, et si sortem primam nata esset, quare vitam illam libenter fuisse complexam. Ex feris item alijs in homines transire animas assererat, & iniucem commutari, iniustas quidem in feras agrestes. iniustas autem mansuetorum animalium vitam capessere, atque oes hunc in modum confici mixtiones. Cum vitas, omnes animas gradatim, ut sors dederat, elegissent, longo ordine ad Lachesim accessisse narrabat. Lachesim verò cuique demonem quem ceperat quaque, ipsius vitam custodem præscripsisse, electorumque operum executorè. hunc in primis ad Clotho animam ducere, & sub illius manu reuolutionemque & vertigine fusi, approbare quam sortitus fortunam elegerat. Hanc ubi tetigit, mox hinc ad Atropontem, qua immutabilia stamina reddat. Illinc postea prope Necessitatis thronum adire, per quem cum transferint omnes, sub vehementi calore & astu in campum Letheum proficisci, arboribus & omnibus quacumque terra nascuntur, penitus destitutum. Recumbere igitur ipsas aduent ante nocte iuxta Amelitam flumem dicebat, cuius aquam vas nullum contineat. Atque ipsius aqua bibere aliquantum cuique necessarium. Eos autem qui prudentiam ducem non habent, ultra quam deceat bibere. Semper verò bibentem omnium obliuisci. Vbi verò ad me-

diam noctem dormierint, subito tonitru & terra motu excitos repente alium alio sursum ad generationem consurgere stellarum instar proficiscentes. Se verò flumine ex illo potare prohibitum fuisse narrabat. Quomodo autem in corpus redierit, ignorare, sed cum diluculo subito circumspecteretur, seipsum pyrae impositum animaduertisse. Atque ita, o Glauco, seruata est fabula, neque perijt, neque seruabit pariter, si ipsi parebimus, & Letheum, id est obliuionis fluum bene transibimus, nullaque macula animam inficiemus. Quamobrem si sermonibus meis obtemperabimus, immortalem fore animam arbitrantur, talemque et mala possit & bona omnia sustinere, vitam semper ad superiora ducentem sequemur, iustitiamque cum prudentia omni ratione colemus, ut & nobis ipsis sumus, & dysamicti, dum hanc ducimus vitam, & postquam virtutis premia reportauerimus, tanquam potius victoria & triumphis, & hic, & in millenario annorum itinere, quo de diximus, feliciter habeamus.

COMPENDIUM MARSILII FICINI IN TIMAEVM.

DE SVBIECTO LIBRI. CAPVT I.



VE MADMODVM in Parmenide cum etia diuinorum genera pro viribus comprehendit, sic omnia in Timæo complectitur naturalia, & utrobique plurimum Pythagoricus est, sub persona Pythagorica disputans. Atque in Parmenide quidem, Parmenidem & Eleates Pythagoricos, qui de diuinis sermonebant, imitatur. In Timæo autem, Timæum Locrum, Pythagoricum, qui librum de vniuersi natura composuit, sequitur. Itaque, ut his non eloquentiam solum adiungat, sed mysteria. Quam verò diuina quidem naturalium principia & exemplaria sunt: naturalia verò diuinorum effectus atque imagines: iccirco & in Parmenide dum de diuinis agit, interim descendit ad naturalia: & in Timæo naturam tractans, surgit sepius in diuina. Neque inuicem diuinitatem simul naturamque copulat. Natura enim diuinitatis est instrumentum. Atque ita vel de naturalibus agit diuine, quemadmodum Aristoteles, vel de diuinis naturaliter agit. Interfert quoque mathematica tanquam utrorumque media, diuinorum scilicet atque naturalium. Quae videlicet, per numeros quidem diuina, per mensuras verò significant naturalia. Sit ergo huius libri subiectum ipsa vniuersa natura, id est, seminaria quaedam & vniuersa virtus infusa mundo, animae quidem mundanae subdita, materia verò præsidens, eodemque ordine singula pariens, quo & anima ipsa cõcipit, tam diuinam suscipiens mentem, quam appetens bonum.

DE ORDINE LIBRI ET PARTIBVS EIVS. CAP. I.

Patebit autem naturam vniuersi ipsamque vniuersum non esse se quidem consistere, sed ex superiori diuinaque causa dependere. Patebit insuper quot in gradus natura distribuatur, caelestes, elementales, simplices, compositos, rationales, ratione carentes. Patebit totam sub luna generationem ad animal rationale quasi finem dominumque referri. Multa præterea de hoc ipso animalis, tum ad animam, tum ad corpus spectantia tractabuntur. Multa quoque de rebus quae à natura infra rationale animal componuntur. Et ut summatim dicam, de triplici mundo tractabitur, scilicet de diuino caelestique & humano. Ostendetur quoque omnium quae in mundo componuntur ipsiusque mundi, duo quaedam præcipua intrinsecus elementa esse, scilicet materiam atque formam: tria verò extrinsecus esse principia, scilicet efficientem mundi causam, & exemplarem atque finalem. Et efficientem quidem esse diuinam potentiam, & intelligentiam atque voluntatem: Exemplarem verò ideas intelligentia diuina concepta: Finalem denique bonum.

DE INTRODUCTIONE, AD
Dialogum. Cap. III.

Ceterum, ut ad ipsam dispositionem dialogi veniamus, Plato quinque continuos disputationibus desinuerat dies. In primo quidem Socrates in Piræo vna cum Polemarcho, Glaucone, Adimanto, Thrasimacho Sophista de republica disputavit. Secundo vero die in vrbe recensuit eadem Timæo & Critia atque Hermocrati, & quarto cuidam absque nomine peregrino, forsitan Timæi comiti. Tertio die horum epilogum faciunt. Quo quasi exordio mox facto Timæus disputavit de natura, præsentibus tribus, Socrate, Critia, Hermocrate. Quartus enim qui absque nomine secunda interfuit narrationi, iam abest à tertia: non enim cuiuslibet est, secretioribus interesse. Quarto autem die orationem habuit Critias. Quintus demum nondum dies illuxit. Commodè admodum post diuinæ apud homines reipublicæ tum disputationem, tum epilogum ad celestem reipublicam huius exemplar in Timæo accessit ab ipso deo compositam: deinde ad mundi generisq; humani antiquitatem, & res miras à veteribus strenuè gestas.

A LLEGORIA HISTORIÆ,
quæ narratur in prologo.
CAP. IIII.

Narrat autem inter dialogi huius exordia historiâ de bello quodam inter Athenienses Atlanticosq; commisso. Hanc itaque Crantor tempore primus Platonis interpres nudam absque allegoria historiâ accipit. Quidam verò contra, tanquam solam allegoriâ. Sed hos redarguunt probatissimi quique Platoniorum: affirmantes quidem historiâ, quia Plato dixerit. Sermo futurus est valde mirabilis, sed omnino verus. Sensus præterea Platoni nihil vsquam temere volentis allegoricum existimant exhibendum. Bellum illud igitur inter Athenienses atque Atlanticam imaginem præ se ferre pugnantem oppositionem quæ in vniuerso sunt omnium. Bellum enim, id est oppositionem apud Heraclitum esse omnium patrem. Amelius quidem oppositionem adducit inter firmamentum, atque planetas: præsertim quoniam in Critia dicitur, Atlanticam insulam in septem circulos fuisse diuisam Origenes vero oppositionem superiorum demonum ad inferiores, atque victoriam: illis potentia, his numero excedentibus. Numenius autem disensionem excellentium animarum sequentium Palladem, aduersus alias animas generationem sub Neptuno sequentes. Porphyrius pugnam inter demones delucentes in generatione, & animas ad superæa contententes. Distinguit tripliciter demones: alios esse diuinos: alios esse secundum habitudinem quandam: quorum numerum particularares impleant animæ sortem naturæ demoniacæ: alios esse malos & noxios animabus. Hos igitur demones insimos consistitare cum animabus in ascensu semper atque descensu: præsertim occidentales demones. nam eam ab Aegyptiis plagam noxas ac commodari demonibus. Proinde Iamblichus, Syriacus, Proculus, his addunt oppositionem ipsam in vniuersis vigentem perpetuo, inter vnum & multitudinem: terminum & infinitatem: idem & alterum: statum & motum: ex quibus sub primo omnia componuntur. Item ens, aut per se, aut non per se. Rursus essentia vel incorporea, vel corporea. & incorporea quidem vel non declinat ad corporea, vel declinat. Corporeo verò vel non caduca, vel celestis, vel caduca, vel elemental. Denique in celo quidem oppositi inter se motus, & diuersæ virtutes. Sub calo autem repugnantes inter se qualitates. Summatim verò horum omnium discrepantia per antiqui illud bellum significatur: & vbiq; superiora præstantioraq; per Athenienses, alia per occidentales significatur. Eiusmodi verò allegoria disputationi Timæi non mediocriter conuenit. Confirmatur etiam per ea quæ in Critiam commentatur.

CASVS PHAETHONTIS.
Diluuiâ. Incendiâ. Mineræ descriptio.

CAP. V.

Hic iterum te admono ut memineris nouem annorum milia ab Euoloxo milia mensium computari. Item Phaethontem Solis fulminatum excussisse terram, significare apud quosdam vastâ cometam naturâ solarem tandem dissolutam intollerabiles æstus concitauisse. Fortè etiam incendiâ quæ narrat Moyses missa diuinitus. Vbi verò ad diluuiâ peruenit, memento ignem quidem omnium efficacissimum esse: aquam verò efficaciotem esse terra, & patibilem minus aere. Item ignem diuidere potenter atque penetrare, aquam vniuersè valde percutere. Ideo per duob; hæc elementa vastiores calamitates accidere. Adde & finalem causam: quia videlicet per exitum factum ab his duobus, sequitur maius bonum. i. fecundior rerum regeneratio quam per aeris pestes terræq; hiatus. Ideo prouidentiam ad amplissimum exitum his duobus præcipuè vti. Cui sic rotæ celestes inde rectè obtemperant: ut quibus temporum intervalis exitum imò reformationem fore Deus instituit, vñdem planetæ omnes ad astra vel ignea, vel aquea stellis quoq; fixis ad idem condicentibus ritè concurrant. Memineris præterea Neptunum quidem prouidentiam naturalem, Palladem verò prouidentiam intellectualem significare: atque hanc ipsam Palladem à Platonicis describi, diuinitatem sapienter simul atq; potenter tum celestia exornantem, tum quæ sub celo sunt edificantem: inter astra Arieti præcipuè præsententem, & æquinoctialis circuli ducentem: vbi potissimum vigere putant motricem vniuersi virtutem. Mandabis memoriæ autem epigramma, quod Proculus in Aegyptiorum historiâ legit Mineræ templi inscriptum: Ego sum quæ sunt, quæ erunt, & quæ fuerunt. Velis meum reuelari nemo. Quem ego fructum peperit sol est natus.

P R A E C E P T A D E V O T I S E T
precibus electissima. Cap. VI.

Vbi verò Plato ad Deum peruenit suppliciter adorandum: audi Porphyrium diuinas supplicationes ita probantem. Cum Deus nobis prouideat, ac res nostræ possint aliter se habere, certè pro reuocandis nostrarum vsu utiliter adoramus: videlicet si boni sumus. sic enim vtpotè similes facti Deo propius coniungemur. In qua quidem coniunctione adorationis vis tota consistit. Nempe cū dei filij simus: sed ab eo quasi in exilio & carcere segregati: suppliciter adorare decet, quo hinc liberati reuertamur ad patrem. Alioquin similes eorum erimus, qui parentum patrocinio sunt orbat. Profecto cum vniuersi partes sumus, vniuerso proculdubio indigemus. Ipsa n. ad totum conuersio partibus salutem præstat. Sine igitur virtutem seclæris, adorandus est tibi qui totam virtutem continet. Ipsum nanque amare bonum, causa erit & tibi eius quod tibi expedit boni. Sine corporeum optus bonum, extat in vniuerso virtus oia continens corpora. Inde igitur prouenire necesse est partibus quibuscunque salutem. Cōpertum verò habemus excellentissimos quoq; apud omnes gentes sapientia viros diuini potissimum votis incubuisse: præcipuè Indorum Brachmanas: Persarum magos: Græcorū theologos. Chaldaeos autem, & aliud quiddam adorauisse. Ipsam n. superiorum virtutem appellantes Deum, vno hoc noie venerati sunt. Hæc Porphyrius. Post hunc discipulum eius diuinum Iamblichum audiamus, hæc in re in primis à Proculo comprobatur. Oia ex Deo ita sunt, ut nusquā vel minima quæq; deserantur à Deo. Vbiq; n. diuina viget vntas: per quam res quæq; consistunt: ac perpetuo quodam intimoq; circulo ad Deum ipsum à quo & in quo sunt mirabiliter reuoluuntur. alioquin in nihilū repente prouerent. Ab vntate diuina oia procedunt: prouidentiaq; vntatem quandam ipsis impressam retinent diuine unitatis imaginem: qua reuocantur in illam, & reuocata perficiuntur. Hæc ipsa animas rapit ad vota, quibus vno cum Deo nobis penitus impleatur. Quod si natura ex Deo manans quasdam rebus quibusdā conuenientes cum superis proprietates inseruit, per quas quodāmodo ad superos sese vertant, ceu ad solem solaris, ad lunā verò lunaris: multo magis animarū pater rapientes ad se vires eis impressit. Quæ quidē in primis in diuina quadam vntate intellectu superiore, necnō in ipsa intellectuali reflexione sitæ videntur. Ipsam verò nostram in Deū restitutionē adoratio supplex hinc orta absolute consummat: diuinitatem in nos beneficentiam naturali trahens congruitate, copulans adoratores cum adorato, coaptans superiorū intelligentiæ voutentium preces: mouens voluntatem eorum qui bona in se oia complectuntur, ad bona nobis ad votum impartenda, diuina persuasionis effectrix, nostra omnia in superiorum stabilens firmitate. Ad voti verò profectiōnem quinq; præcipua pertinent. Primum quidem est notio quædā eius quod adorandum est, & qua ratione colendum. Secundum verò assimulatio quædam vitæ nostræ ad diuinam vitam, puritate, castitate, sanctimonia, disciplina, ordine proficiens, diuinamq; captans beneuolentiam, & animas diuine largitioni subiciens. Tertium est contactus aliquis: per quem essentiam diuinam fermè iam attingimus: & in ipsam summitate quadam anime vergimus. Quartum ingressio quædam in luminis diuini vestibulum. Quintum deniq; vno, vntatem anime propriam diuine vntati insinuās penitus & comectens: maniq; iam actionem eandem anime deiq; constans: adeo ut nec vltra nostri iuris, sed dei simus, splendore obruti & circūfusi diuino. Huius autem adorationis quæ absque intermissione agenda est, summus est finis, ut videlicet conuersionem ad eum ipsa pmanione coniungat: & quicquid à diuina vntate pcessit, rursus idem firmiter restituat vntati: lumenq; nostrum supno lumine circumfundat. Sola igitur adoratio recta a. beatæ reddit patriæ

patria. Sola sanctimoniam est plena virtus. Solus vir bonus, ut Plato scribit in legibus, Deum decenter feliciterque precatur. Sola cum superis consuetudo beatos facit. Ab hac flagitiosi omnino sunt alieni: & tanquam profani à votis & sacrificijs segregandi. Puri vero decenter ad supplicandum accedunt, ducentes videlicet secum tres praecipuos comites, fidem, veritatem, & charitatem, quibus slipati spiritus bonorum concipiant firmam, atque extra cetera seque ipsos positi diuina se ipsos luci prorsus immergant. Frustra enim Deum querit, qui non adhibet se solum soli immobilemque stabili, & simplicem simplicissimo. Quemadmodum enim non possumus enti per non ens coniungi: sic neque unitati per multitudinem & stabilitati per motum: & simplicitati per mixtionem: sed relabimur potius in oppositum. Hac iam blanchius atque Proculus, His addit magnus Theodorus: Siquis naturas rerum diligentius explorauerit, inuenturum non animas tantum atque mentes, sed quodammodo omnia excepto primo adorare atque reuere.

MUNDVM HABERE SVpra SE TRES CAUSAS: ac dependere à causa incorporea.

CAP. VII.

Post haec autem actus precibus Timaeus, quia mundum existimat esse factum, ideoque ab alio factum, triplicem eius causam perscrutatur. primo quidem efficientem, id est diuinam mentem conceptam do exemplarem, id est idearum seriem diuina mente conceptam: tertio finalem, id est, bonum. Mundum vero esse ab alio ex eo indicat, quod etsi pro natura corporea perfectissimus est, tamen pro absoluta natura non est omnino perfectus: cum propter materiam patitur informia vel deformia: propter dimensionem subeat virtutis defectus, diuisionemque expectet, si diuisor accesserit: propter compositionem dissolutioni sit obnoxius: ob partium repugnantiam machinetur malum: ob motum indigentiam praeseferat, & priuationem patitur admixtam: denique ob ipsum ex diuersis congressum vno quodam superiore indigeat comitente: qui perfectissimè sit, quoniam ex seipso sit: quemadmodum mundus quia non est perfectissimè, cognoscitur ex seipso non esse. Omnino autem omnia rerum compositarum genera reducuntur ad aliquid quod in eo genere non est compositum: sicut dimensiones ad signum, quod ex dimensionibus non componitur: numeri ad unitatem, quae non fit ex numeris: elementa ad id quod ex elementis non miscetur: ergo & entium vniversus ordo ad ens, quod non constat ex entibus. Id autem erit substantia accidentibus nullis admixta. Igitur neque quantal erit, neque qualis: sed tota impartibilisque substantia. Neque ex eo quod vnicum & simplicissimum erit solum, minus habebit, quam quae praeter substantiam subeunt accidentia. Quae enim in sequentibus accidentia sunt, in supremo debent esse substantia: & illa quidem optima. Quo vero plura addideris optimo, eo coges longius ab ipsa optimitate discedere. Siquidem ex admixtione noua illic resultat qualitas, atque degenerans. Non solum ergo hic mundus, quia omnino compositus est, sed etiam si quis est superior, & tamen aliquo pacto compositus, à superiori simplicitate dependet. Quae etiam super aeternitatem extat, à qua & in diuinis mentibus integra fit aeternitas: & in animalibus rationalibus aeternitas mixta temporis: & in mundi sphaeris sempiternitas temporalis. In his autem quae sphaerarum motu virtuteque sunt, quaedam portio temporis. Quae igitur super animam cogitantur, semper quidem sunt, & nunquam fiunt. Ipsa vero & est & fit semper. Mundus est quidem nunquam, sed fit semper. Quae in mundo gignuntur, sunt quoque nunquam, sed aliquando fiunt. Fieri quidem dicimus tempore transigi. Quoniam vero perpetuo motu temporeque peragitur mundus, ideo semper fieri iudicatur. Quatenus vero fit, nondum est. itaque dicitur esse nunquam. perinde ac si in torrente iugiter fiat restituiturque imago montis, semper quidem in ipso fieri ducta, nunquam in esse consistens. Id vero inter animam & mundum differre Platonici putant: quod caelum non modo per actionem, sed etiam per essentiam continuè fiat. Anima vero per actionem quidem fiat, per essentiam vero fit potius à Deo, quam fiat à Deo: & quoniam essentia impartibilis est, habeat vim quandam suipsius quodammodo productricem, per quam edat in seipsa vitam propriam atque motum: Caelum vero vniuersam quaedam aliunde. Summatim quemadmodum ab eodem scopulo, inter stagnum torrentemque sito, assidue in stagno quidem est, in torrente vero fit imago, & euanesceat iugiter recreatur: sic à Deo semper pendet vtrunque, sed aliter atque aliter. Nam ab ipso anima quidem semper est, mundus vero fit semper. Sed ab alio principio rursus exordiamur.

IPsvM BONVM EST OMNIvM CAUSA MAGIS QUAM SEQUENTES CAUSA, nec ullam habet cum ceteris proportionem.

CAP. VIII.

Vniuersum hoc à summo Deo habere omnia, & actionem & virtutem pariter, & essentiam Platonici omnes absque controuersia consentunt. Id enim à Platone ex omnibus eius libris accipiunt. Audunt & idem in epistolis confirmantem. Vbi profecto ingenti cum mysterio tertios effectus in causam tertiam, secundos retulit in secundam: cunctos vero in vnam omnium causam. Neque dixit primos effectus in primam causam reducendos: ne pronuntiando distinxerat primos suspicaremur eos solos à Deo pendere, neque Deum nominando causam primam, suspicaremur ipsum, & cum ceteris causis in quodam genere conuenire, & cum effectibus in quodam dominationis proprietate congruere. Itaque cuncta ab ipso procedere simul ostendit: & ipsum interea ab omni procedentium communiōne esse penitus absolutum. Idque ob absolutam simplicitatem nominat ipsum vnum: ob exuberantem vero beneficentiam, per quam & tanquam principium producendo efficit omnia, & tanquam finis eade perficit reducendo, nominat ipsum bonum. Putat autem quaeque sunt, magis ab ipso, quam à ceteris causis dependere. Siquidem ipsum in quouis opere & prius agit, & diuini, & vehementius quam reliqua causa: & reliqua quicquid sunt, eo faciente sunt: & quicquid agunt, eo ducente agunt. Vt autem ostenderet simpliciter ab ipso magis quam ab alijs causis emanare, ter replicat ipsum omnium esse principium. Inquit enim, Circa omnium regem omnia. Item eius gratia omnia. Rursus ipse omnium causa, ut intelligeremus & cuncta maxime inde oriri: & Deum esse cunctorum effectorem & exemplar & finem. Proinde vnum ipsum, atque bonum esse super essentiam omnem & intellectum, atque esse causam vniuersam, in sexto Reipub. atque in Parmenide & Sophista euidenter ostendit. Constat autem idem esse vnum atque bonum: ne si diuersa sint, duo cogantur esse principia summa. Principium profecto & simplicissimum esse debet & optimum. Nihil autem vel unitate simpliciter, vel melius bonitate. Neque etiam unitas melior bonitate, neque bonitas unitate simplicior. Vnum ergo sunt ambo summusque Deus, idque totum fit per essentiam esse atque mentem, satis in Theologia & alibi confirmauimus.

DE DEPENDENTIA MATERIAE AB IPso bono: & de actione mentis & animae in materiam: & de mundo intelligibili.

CAP. IX.

Ab hoc utique vno bono, super omnem essentiam eminenti Platone in Parmenide & Sophista omnes entium deducti gradus: tum eorum quae vere sunt, i. formarum separatarum: tum eorum quae non vere sunt, i. formarum materiae inhererentium: tum infimum materiae gradum. Qui usque adeo non vere est, ut proximus ei sit, quod fingitur iam vere esse. Hanc utique materiam in Parmenide ab ipso bono in ultimo rerum gradu deducta, accipit in Timaeo quasi iam genitam: & architecto mundi ad effectum mundum eius subditam. Sed nunquid Deus mundi autor, id est materiae effectus? Respondebit hic Ammonius & Origenis schola, eandem esse. Et in Parmenide quidem tractari, quod admodum materia esse à Deo accipit: in Timaeo vero, qua ratione ab eodem accipit bene esse, prius aut quodammodo esse quam bene esse excogitari. Respondebit aliter cum Platoniorum schola: non eundem esse Deum, qui materiam facit: & qui format proximè. Imò materiam à summo quidem bono esse: ab intellectu vero formari: ab anima postremo moueri. Imò vero omnia haec à primo: sed esse à primo tantis. Formari à primo per intellectum: moueri, & mouendo formari mobiliter, à primo per intellectum simul et animam. Perinde ac si fingamus figuram quaedam, qui manu propria latit faciat, factum per rotam formet: formandam ligneo quodam distinguat per se atque figurat. Nemo utique dixerit vas à perline atque rotam magis fieri quam à figulo: quauis à figulo per rotam fiat & perline. Vniuersum hoc similiter ab ipso bono iudicant per intellectum quaedam diuinum animamque vniuersi procedere. Merito ab ipso mundum proximè fieri maxime vnum, ab ipso bono maxime bonum. At quoniam visibilis hic mundus ob multiplicem partium distantiam, qualitatum repugnantiam, effectuum diuersitatem, materialium deformitatem, neque maxime vnus est, neque maxime bonus, ideo ante huc existimant ab ipsa unitate bonitatemque diuina mundum alterum proximè emanare, & per naturam patitur quae similis, non visibilis quidem, sed intelligibilis, intellectualemque, exemplaria omnium quae in hoc gignuntur habentem. Quem quidem diuinum intellectum nominant, non ipsum bonum.

bonum, sed optimum boni filium. Quem si vnus cum primo substantia esse intelligamus, Platonem Christiana theologiae magis concilia binus. Sed ceteri Platonis interpretes reclamabunt.

SOL, LVX, LVMEN, SPLENDOR, CALOR, generatio, similiter unitas, bonitas, intellectus, anima, natura, corpus mundi, imago mundorum superiorum. Cap. X.

MANEAT ergo Christiana & Mosaica veritas. Ac interim, si pluribus placet interpretum, forsitan fuerit haec vel Platonis opinio, vel Pythagorae: Intelligibile mundum inter visibilem atque ipsum bonum esse medium: imaginem quidem boni, exemplar vero corpori mundi: ita a bono pendente, sicut lumen extra solem a luce intra solem. Præterea producentem ex se proximè mundi animam, sicut & lumen fundit ex se splendorem: perque animam singula quod tidie generantem, sicut splendor per calorem corporea gignit. Quæ admodum igitur sex hi gradus ordine disponuntur. Primo quidem ipsa solis substantia: Deinde lux substantialis & intima: Tertio lumen inde manans: Quarto splendor resultans ex lumine: Quinto calor splendore successus: Sexto generatio caloris flagrantia coalescens: ita sex alij digerantur. Primo quidem unitas, deinde bonitas: neque tamen re ipsa duo hæc, sed ratione quodammodo distinguuntur. eadem nanque diuinitas: & quia omnia supereminet, unitas: & quia per omnia rursus exuberat, bonitas appellatur. Hanc virtutem quæ exuberandi virtutem Plato in sexto de Republ. ideam appellat boni. In epistolis vero bonorum, boni quidem, id est suuissus, bonorum quoque quæ ab ipso proficiuntur. Tertio in gradu ponatur diuina quædam mens quasi lumen de luce manans, multiformesque, ut ita loquar, ideæ in se capiens duplici quodam superna lucis, ideæque vnus diuinae fomento: non aliter quam in lumine multi iam radij ex vno lucis radio deriuantur. Non solum vero in hac mente rerum comprehenduntur ideæ quasi fonte: sed & ad hanc multi mentium reducuntur exercitus quasi ducem: ab eadem videlicet diuina luce, à qua & ipsa equè proficiunt. Totum vero id genus mundus superior nominatur: sed quantum ad mentes spectat sequentes intellectuales mundus: quantum vero ad ducem intelligibilem. Sed ipsa quoque mens dux mentium, partim quidem intellectus, partim intelligibile nominatur. Intellectus quidem quæ rationibus rerum discernendis incumbit. Intelligibile vero, quæ rationes eiusmodi in suis continentur ideis. Ideæ denique boni non modo super intellectum, sed etiam super intelligibile regnat. Post archetypum hunc mundum quarto gradu sequatur corpori mundi anima: Mundus iam rationalis ex intellectuali mundo progenitus, quasi splendor ex lumine. Et sicut splendor iam motui permiscetur, sic anima immobilium idearum rationes mobili quodam pacto attingit atque percurrit. Quintus huic succedat gradus, ipsa videlicet natura rerum, mundus iam seminarius, ex rationali animæ mundo, quasi calor splendore resultans. Sexto tandem gradu mundus hic corporeus collocetur, ex seminario ita proximè ductus, sicut rerum generatio ex calore. At si ceteris ommissis aptius comparare volueris, cogitabis in archetypo quodam sapientissimo vim primo bonitatemque naturalem. Deinde geometricum contemplatoremque intellectum, communes rationes mensurarum habentem. Tertio rationem, ut aiunt, practicam iam per rationes ipsas de artificio consultantem. Quarto imaginationem figurarum iam & modos conducentes operi effingentem. Quinto affectum. Sexto motu virtutem. In eiusmodi vero comparationibus videbis effectus multo magis ab antecedentibus fieri quam sequentibus.

SINGVLI ORDINES AD SINGVLA CAPITA reducuntur, uniuersus ordo ad uniuersale caput, à quo omnia componuntur ex actu & potentia. Caput XI.

NEQVE vero latere nos debet propria rerum genera ad capita propria, uniuersum genus ad uniuersum caput oportere referri. Cuncta enim mundi corpora ad corpus vnum: Naturæ omnes ad vnam quoque naturam: Animæ ad animam: Mentes ad mentem: ad bonum denique bona. & quia bona, ideo cuncta. Sic vtique omnia conuersione quadam naturali bonum appetunt tanquam finem: quoniam ab ipso bono, communi quadam professione tanquam principio prouenerunt: atque adeo cuncta ipsum appetunt, vt materia infima appetat appetitu non infimo. Perpetuo siquidem in omnibus generandis ad ipsam boni vergit similitudinem: vt ap-

pareat hanc à bono pendere. A bono inquam potius, quam à mente. Quippe cum mentis actio quæ per formas sit ideales, terminetur ad formas. Actio vero boni, utpote amplissima, ultra formas descendat etiam in materiam, efficiatque bonorum animam & capacitatem. Sed quam nunc uoco materiam, Plato in Philebo latiori nomine infinitudinem nuncupat, dicens ipsum bonum proximè infinitudinem ac terminum peperisse, statimque inuicem miscuisse, atque ex hac mixtione cuncta composuisse, id est ex potentia quadam formabili et accedente forma. Potentiam enim formabilem quasi ex se nondum definitam nec perfectam vocat infinitudinem. Formam vero huic adhibitam nominat terminum: quod videlicet indefinitam potentiam definit, & in specie iam optata perficiat. Ex his ergo duobus & intelligibile mundum proximè à Deo uolunt esse conflatum: & sensibile deinde ab intelligibili ex eisdem vel similibus constitutum. Ita ut intellectus ille proximè mundi visibilis architectus, materiæ acceperit ab ipso bono quodammodo spiritalem: sed iamiam sub se in dimensionem molis degenerantem informemque: & uacuum: ac si forsitan ex se moueatur, absque ordine nutaturam: sed per idearum ordinem ab eodem bono susceptum, formauerit eam, redegeritque in ordinem, antequam extra ordinem vagaretur. Præsertim cum animam ipsi rationalem in primis infuderit, motionis ordinatissima dominam. Non solum vero materiam per se informem fore, sed animam quoque fore informem, inquit nisi Deus utranque formet. Quod uero est in materia corporalis species, id ratio est intelligentiæque in anima qua si caruerit materiam inordinate mouebit. Quo autem id exprimeret, materiam considerauit in formam & animam rationalem: viditque motum inde sine ordine prouenturum.

MATERIAM NON FUISSE INORDINATAM ante mundum tempore, sed quadam ordinis ratione. Cap. XII.

EX HIS omnibus colligere possumus materiam non esse æquale mundi sabro: non esse ante mundum ullo temporis interuallo, licet origine quadam & ordine: non iactari inordinate ante ordinem, sed erraturam fuisse procul ab ordine, quantum in se est, nisi statim desuper ordinata fuisset. At ne quis hunc loquendi modum improbet in Platone fingente materiam ante mundum inordinate iactatam, audiatur & Moyses ante mundi distinctionem dicentem terram fuisse inanem & incompositam, & super faciem abyssi tenebras extitisse. Mitto in præsentia poeticum chaos. Adducere iuuat in medium Philonem Iudæum similibus uerbis Moysis Genesim exponentem. Si quis causam quare uniuersum hoc creatum sit, velit exquirere, non errabit meo iudicio, si id existimabit quod quidam ex veteribus protulit: bonum esse creatorem ipsum & genitorem, & autorem uniuersi, & bonitatis suæ gratia nulli substantiæ inuidisse, quæ sua natura nihil boni haberet, & tamen fieri omnia posset. Erat enim sua ipsius natura inordinata, informis, inanimata, omnino varia, incongrua, inconcinna, inconstans, apta quæ in contrarium mutaretur, & optimarum rerum rationem susciperet, formæ videlicet, animationis, similitudinis, congruitatis, concinnitatis: omnium denique rerum ideæ melioris. Item in secundo eiusdem libri volumine, Cum, inquit, creator substantiam inordinatam & naturam suam confusam in ordinem ex inordinatione, & in discretionem ex confusione traductam formare cepisset: terram atque aquam medio loco firmavit. Hæc Philo. Proinde si gradus rerum sex in superioribus adductos consideraueris, perspicies fortè quàm similis sit Plato Moysi, sex diebus mundi Genesim absoluenti: quàm similis & Pythagoras, probans senarium numerum Genesi nuptijsque prorsus accommodari. unde & Gamon appellat: propterea quod partes suæ iuxta positæ ipsam gignant, similesque reddant genitui genitori.

DVPLEX OPINIO DE ORIGINE mundi. Cap. XIII.

SI quis interroget nunquid apud Platonem mundus fuerit sempiternus: Respondeo equidè interpretibus Seuero & Attico, & Plutarcho, alijsque: ut Proculus narrat multis, non fuisse semper. Sed interpretantibus Crantore, Plotino, Porphyrio, Iamblichio, Proculo & plerisque alijs, semper quidè fuisse, & fuisse semper a Deo, vno fluxisse. Deum enim semper esse aiunt. Mundum uero fieri semper, & fluere. Ac si initio tibi carere consideraueris, in genitui dici mundum: sin autem ppetuū à Deo eius effluxu, assidue genitui: neque minus ex Deo pcederet si depederit pcedatque semper, quàm si aliquando caperit depedere, vel desinat. Quæadmodum lumen non minus a sole dicit originem, neque minus seruit soli, si semper, quàm si aliquando profluxerit, effluatque a sole.

Triple x

TRIPLEX CONIECTURA PLATONICÆ OPINIONIS DE MUNDO, & QUÆ SIT CERTITUDO SENTENTIÆ PLATONICÆ DE MUNDO.

C A P. X I I I I.

CAeterum in rebus Platonice, vel coniectura incedimus, vel scientia. Quantum ad coniecturam spectat, ita & ipse loquitur, & sui disputant, ut opinionem eius de origine mundi in tria capita colligere liceat. Aut enim putavit materiam aliquando ex nihilo à Deo creatam, simulq; formatam tempore. Quamvis in hoc opere quod componitur ex materia, secundum quendam productionis ordinem materia ipsa prius cogitur fieri quam formari: & esse materiam prius quam esse formatam: atque ante opus ex materia factum, materia quæri soleat ex qua fuerat opus conficiendum. Aut Deum materiam non aliquando novam peperisse, sed ab eterno, similiterq; ornasse: quævis incornata prius quam ornata fingatur, siquidem natura sua caret ordine: quem expectat ab alio. cumq; res quælibet prius cogitur secundum id quod est, quam secundum id quod accipit, merito seorsum ab ordine potest ipsa in se ordinis expertis excogitari. Aut ut dixi, materiam semper à Deo fuisse, atque continuè: sed non continuè ordinatâ, imò per temporum intervalla: ita ut Dei sit stabiliter ordinis sui temperationem, non aliter quam à fabro accipit horologium: per aëlisq; p natura sua certis temporum intervallis amittat ordinem paulatim ac demique totum, redeatq; in Chaos: sed Deus subito extremâ confusionem minimè tolerans in priorem dispositionem unice motu retemperet, idq; fiat infinite vicissim, nunquam mutato Deo, infinite reformata materia. Hactenus humana in Platonice præcesserit coniectura. Quantum verò habemus scientia, affirmamus Platoni non strum affirmasse Mundum non ex se existere, sed ex causa: non ex causa fortuita, sed ex certa: non ex naturali duntaxat causa, sed intellectuali: non ex intellectu per modum naturæ determinato, sed potius voluntario, non voluntate ex naturali quodam instinctu compulsa, sed libera. Nihil enim magis liberum quam quod per se est, & per se agit omnino: neque tamen contingente aliqua voluntate. Nihil enim contingens, ubi idem est voluntas atque necessitas. Nihil ite rû violentum, ubi idem est vicissim necessitas & voluntas. Ut aut id aperiret, non minus replicavit in fabricando mundo voluntatis diuinæ quam intelligentiæ nomen. Atque addidit ipsam voluntatem boni esse summam causam: & certissimam causarum. Quam ex eo ostendit liberam esse, quod sæpe ait Dei architecti more consultavisse, atque deliberavisse de opere construendo. quibus in verbis non ambigentè intelligi Dei vult, sed libere eligentem. Proinde mundanum opus non semel tantum processisse, inquit à Deo, sed procedere servariq; assidue. Quæ etiam suprema mundi numina unâ cum mundo ex se ipsi dissolubilia fore, nisi diuina voluntate regantur. Satis ergo fuerit, & id quidem quam maximum, talia de affirmante philosopho affirmasse. his enim concessis facile poteris Deum dicere, quando providente & libera efficit voluntate, mundum absque novitate sui novum composuisse. Ac si audieris non aliquando novum, sed ab ævo potius edidisse: poteris maiestatem simul suam servare Deo, cuius voluntate, & hac quidem libera, mundus non minus eget, et pendet si eget pendetq; semper, quam si quandoque processerit. Quoniam verò à Platone sæpe ait, eatenus de diuinis asseverandum, quatenus diuinis oculis comprobetur: & nos sacris literis potius quam coniecturis nostris assentire debemus.

MUNDVS BONI GRATIA PROCREATVS AD diuinæ rationis uerbiq; diuini similitudinem.

C A P. X V.

Mundum ergo fecit voluntate, i. bonitate sua, tam voluntariè quam naturaliter ob immensam fecunditatem exuberante. quæ primus quidem seipsa gaudet: ob idq; deinde sua hac delectatur imagine: ita tamen, ut non in hac imagine, sed in ipso exemplari, atque principio delectationis huius constituat finem. Quoniam igitur bonitate fecit mundum: idcirco boni gratia fecit ipsum. non enim ut esset, uiueret, intelligeret simpliciter, procreavit: sed ut et bene esset, uiueretq; & bonum intelligeret atque compararet. Id illi Mosaico valde consonat. Videt Deus hoc & illud esse bonum: & cuncta valde bona. Et quia pulchritudo splendor est bonitatis, ideo subdit ab optimo Deo mundum esse pulcherrimum procreatum: temporalem quidem, sed ad æterni exemplaris imaginem. Dicit et sæpe, quot species sunt in aëthæro, i. principali mundo, id est intelligibiles atque imitabiles, totidem rerum formas in hoc mundo disposuisse, atque ita sibi similem effecisse: & potè

qui intelligat ideas rerum non inter nubes, ut maledici quidam calumniantur: sed in mundani architecti mente consistere. Vbi verò ait in ipsa vita ideas esse, raticinari videtur euangelicum illud. Quod factum est in ipso vita erat. Et ubi ait repetitq; sæpe mundum diuina providentia constitutum, totam confirmat religionem. Quod quidem cum obseruasset Theophrastus tanquam in philosopho mirum, ait, Plato solus, vel certe maxime omnium, à diuina providentia rerum causas assignauit. Sed, à Theophraste, quatenus id mente de Platone dicas, proculdubio constiteris Platonem solum vel omnium maxime prouidentem esse atque diuinum.

CVR MVNDVS SIT VNVS, ET sphericus, & moueatur in spheram.

C A P. X V I.

Ostendit vero deinceps diuinum ipsum mundi exemplar: quod euangelista, sed diuiniore sensu diuinum appellat verbum, esse unicum: quia quod contineat omnia, nihil relinquat extra seipsum: ideoq; sit necessario unicum. Sed de hoc ipso in Theologia diffusius. Cum aut mundus hic in cæteris quoad fieri potuit, mundum intelletumq; diuinum referat: adeo ut qui formas in hac materia conficit, quasi diuinum vultum contueatur in speculo: certe in ipsa etiam unitate omnium esse trice atq; seruatrice representat illum, ut architecti unius unum sit opus. Vnus igitur dei vnus est mundus. Profecto si posset architectus humanum dominari materiam, postquam plura edificia effecisset, quorum quodlibet in se sit unum, cuncta uno quodam tandem circūvallaret: Deus autem potest omnino, cum sit materia dominus. Neq; somnare licet mundos plures quasi pilas, alios extra alios. Sic enim diuinum opus dissipatum foret: atque inter mundos spatia vacua forent. Probabilius existimabis, si quot orbis singuli per vacuum sparsos, tot excogites sphaeras potius intra sphaeram, ut quælibet sphaera sit mundus in mundo: uniuersumq; opus unum sit, atq; unice ordinatum: nihilq; vel vacuum, vel ordinis uniuersumq; expertis reperiatur. Sit aut figura mundi spherica. sic enim est maxime vniformis capax, indispabilis, agilis: atque ita nec aliter potius moles in mole, & sine vacuo collocari, & sine offensione moueri: id est, si non quadrata quadratis, aut circularis, sed orbis orbibus conferantur. Denique præcipua mundana huius sphaeræ causa est: quid & orbicularis est diuini mundi natura: quæ in seipsum intelligenda et animado reflectitur. Motionis verò sphaericæ ratio est tum figurata tum motum recipit: tum mundanae ipsius animæ quæ mouet, tum per intellectuales species reuolutio.

CVR MVNDVS DIVIDATUR, VEL IN QVINQUE, uel in sex plagas: & quomodo ei conueniat septenarius, & numerus circularis: & quomodo distribuatur ad intelligibilis mundi similitudinem. C A P. X V I I.

Quamobrè mundanae diuisioni non iniuria accommodantur numeri, in quibus radices primæ sunt circularium numerorum. Quaternarius videlicet ex imparibus: ex paribus vero senarius. Dicitur aut numerum viginti quinque: ex quinario in circuli more multiplicari, quoniam ab eodem quodammodo redeatur in idem: dicitur quinquies quæ cõputantur viginti quinque. Item simili circulo numerum centum viginti quinque. Quinquies enim viginti quinque tot conficiunt. Eadem est ad triginta sex, itemq; ad ducentos sexdecim, circularis senarius ratio. Sexies enim sex implet sex atque triginta. Item sexies triginta sex ducentos implet & sexdecim. Etsi superiores numeros rone et tus sui alios quadratos, alios oblongos nominant: tamen rone casus atque finis nuncupant circulares. Itaque per quinarium et senarium radices primas circularium numerorum, mundi corpus circulare diuidimus. Primo quidè in partes quinque, scilicet ignem celestem, ignem æthereum sub luna, aërem, aquam, terram. Quæ quidè diuisio in Epinomide cõprobatur. Deinde distribuimus per senarium: ubi celestem ignem in non erraticum diuidimus et erraticum. Quæ partitio à Platone frequentius usurpatur. Verè sensibilis mundi distributionem ab ipse septem partibus sui distributione comodius hunc in modum more Platonicæ deducimus. Excogitat quidè Deus in mundo penes ipsum intelligibilem alteram quidè vim formabilem, alteram formatricem. Illam, ut dixi, infinitam dicit: hanc terminum Pythagorici & Platonici nominant. Excogitat & mutua harum virium mixtionem: intelligitq; tertiam quandam ex hac mixtione formam protinus coalescere. Sed et hanc ipsam formam quasi triplicem animaduertit: habere enim non nihil infinitum: non nihil & terminum, non nihil & proprium. Quo fit, ut post binariam numerum, infinitatis scilicet atque terminum, ternarius euectigio surgat, addita

addita his tertia forma. Surgat quoque quaternarius, eiusmodi forma tripliciter distributa. Senarius denique nascitur, ubi mundi illius munus ad inferiora producenda porrigitur. Nascitur et septenarius, ubi mundus ille velut imago refertur ad patrem. In quo quidem gradus septimo quasi die septimo coquiescat. Si vero reddideris singula singulis: animaduertes corpore hunc mundum ab ipso superni mundi termino seu formam habere ignem: ab infinitudine vero seu materiam habere terram. A media vero illius forma humorem ignis terraeque conciliatorem: qui & conglutinet terram, natura propria dissipabile: & nutriat ignem ex se facile resolubilem: & tria quaedam in seipso possideat: hinc quidem igneum: inde vero terreum: sed non nihil in medio proprium purumque: aereum: cum aliunde per sublimem vergat ad ignem: aliunde per infimum vergat ad terram. Post hunc mundi quaternarius sit senarius: si communem cunctorum excogitaueris formam. Fit iterum septenarius: si hanc ipsam mundi formam reformaueris exemplari: in quo quidem die septimo coquiescat.

QVARE SINT IN MVNDO partes distinctae, & quare contrariae, & de quattuor elementis.

CAP. XVIII.

Non solum vero distinctionem formarum, sed et repugnantiam videmus in mundo. procedit enim a primo, & procedendo degenerat. Profectio quidem distinctionem facit: degeneratio repugnantiam. Quinimo divisionis ipsius origo est facienditas cause foras exuberantis, sequi propagantis in amplum. procedente vero per gradus multos divisione, in repugnantiam denique pervenitur: praesertim quum mundi materia ob imbecillitatem nequeat ita inuicem formas conciliare, ut mundus ille superior in seipso conciliat. Quo factum est, ut Deus materiam dimensione protenderit, ut repugnaturas inter se formas hostitius diversis exciperet. Denique quae et illa dicamus iterum se contraria, quae in eodem genere maxime distant: & illa diversa, quae inter se generibus separantur: ex eo quidem quod contraria sunt in mundo, apparet genus quodlibet species habere quam plurimas: ex eo autem quod diversa, constat universum genera possidere permulta. Quoniam vero & species est ad genera, & genera ad universum, eodemque eius formam denique reducuntur, concluditur, sicut superior mundus uniformis est atque oiformis, ita hunc oiformem esse atque uniformem. Conducit autem contraria elementorum calorumque: qualitas & figura, ad novas formas quotidie generandas: cõserente videlicet motione. Siue enim unicum fuerit elementum, nihil utique generabitur: quod & Hippocrates asserit. Siue plura inter se similia, noui nihil efficietur: quod probat Heraclitus. Oportet tamen hunc mundum perpetua novarum generatione formarum aeternam superioris oiformis: mundi actionem pro viribus imitari. Esto itaque, ut poesis canit Empedocles, contraria inter se elementa. Esto & inter contraria medium: quando contraria et maxime distant, & absque medio minime cõgruunt. At medium hoc indivisibile esse nequit, alioquin per ipsum contraria non distabunt, habet ergo dimensionem. Sed qua parte alterum tangit, non tangit alterum. Et habet insuper partem necessariam mediam, per quam aequè discrepet ab extremis. Propterea Plato inter contraria semper media saltem interfert duo: quaedam modum ex verbis eius euidenter apparet. Interferit & tertium: ubi ait, medium vim habere per quam non solum extremorum, sed suam quoque custodiat unionem. Sed ponat manifeste duo, neque enim nunc id contendimus: seu inter ignem & terram, duo quaedam: aereum scilicet & aquam. Opus autem esse duobus saltem medijs inter contraria omnino corpora, ostendit ex numeris atque dimensionibus, quae naturalia corpora quodammodo antecedunt.

NUMERI LINEARES, PLANI, SOLIDI, & quare inter planos unum sufficit medium: sed inter solidos non satisfacit. Et quomodo mathematicae rationes ad physicas referantur.

CAP. XIX.

Triplex esse numeros apud Pythagoricos alibi declarauimus, Lineares, Planos, Solidos. Lineares quidem quos sola metitur unitas quasi punctum: ut Binarius, Ternarius, Quaternarius, Septenarius atque similes. Planos autem qui multiplicantur in no-

meris quasi lateribus. Cuius senarius ex bis tribus sit terne duobus. Atque ex planorum numero eos quadrangulos, & aequilateres appellamus, qui ex numeri alicuius in seipsum ductu conficiuntur. Cuius quaternarius ex bis duobus, & nouenarius ex ter tribus: & sedecim ex quater quattuor. In aequilateres autem, qui ex ductu minoris numeri in maiorem, qualis sit senarius ex duorum in tria deductio. Dicimus & oblongos: qui ex ductu numeri admodum minoris, in numerum longe maiorem conficiuntur: qualis est denarius ex deductione duorum in quinque resultans. Siquidem ex bis quinque sit decem. Hunc si in decimo de Reipublica appellauimus quodammodo linearem, intelligi volebamus oblongum. Praeter hos autem, eos solum dicebamus, qui ex deductione atque reductione numeri alicuius in seipsum efficiuntur, instar molis solidae in trimam, quasi producti dimensionem: ut bis duo bis, octo. Ter tria ter, viginti septem. Quater quattuor, sexaginta quattuor. Accipe duos planorum primos: qui videlicet a primis linearibus procreantur: ut puta hinc quidem quaternarium a binario: inde vero nouenarium a ternario procreatum. Hos sane planos duos, nouenarium scilicet atque quaternarium, poteris unico competenti medio inuicem deuincire: hoc est senario. Quae enim proportio est nouem ad sex, eadem sex erit ad quattuor, utrobique enim est proportio sesquialtera: siquidem nouem continet sex: & insuper alteram eius partem, id est ternarium. Similiter sex comprehendit quattuor, atque insuper binarium, alteram, id est dimidiam quaternarium partem. Senarium vero esse competens medium inde patet, quod ex utrisque componitur. Latus enim quaternarium quidem est binarium: nouenarium vero ternarium. Ex multiplicatione autem binarium in ternarium sit senarius. Similiter si acciperis ultra nouem alium quadratum, scilicet sexdecim: medius erit duodecim: qui ex lateribus horum nascitur. Latus enim nouenarium quidem tria: sexdecim vero quattuor. At si tria ducas in quattuor, duodecim reportabis: qui horum medius pari utrunque ratione comedit, sesquialtera videlicet ratione. Nam sexdecim eõprehendit duodecim, ac tertiam insuper eius partem. Similiter duo decim ultra nouem includit tertiam nouenarium portionem. Cernis itaque quod inquit Plato: planos numeros unico posse medio colligari. Accipe praeterea numeros solidorum primos: eos inquam qui primi ex primis efficiuntur linearibus in se ductis atque reductis: hinc quidem octo a binario: inde vero viginti septem a ternario procreatum. Hos utique non poteris unico inuicem medio copulare: sed cogaris duo saltem accipere media, scilicet duodecim, atque decem & octo. Accipies enim duodecim ex bis duo ter: decem vero et octo ex ter tria bis: perque hos numeros conciliabis extremos sexquialtera ratione. Nempe viginti septem numerus, decem & octo complectitur: & alteram rursus eius partem, id est, nouem, similiter decem & octo exuperat duodecim. Item duodecim aequaliter excedit octo. Per haec expensum est: solidos numeros pluribus semper quibus congruè copulentur, medijs indigere. Quod autem exposuimus in numeris, idem possumus in dimensionibus tum planis, tum solidis demonstrare, ostendentes inter plana comparabilia inuicem unum saepe sufficere medium: inter solida vero comparabilia, plura vera media esse ponenda. Quod quidem & prolixum nimis foret, & satis iam a iam blico, & Proculo, & Chalcidio est ostensum. Quoniam vero Plato mathematica haec non propter seipsa quidem, sed propter naturalia hic accepit: his praetermissis consideremus breuiter quae potissimum naturae mysteria per mathematicas imagines subintelligat. Principio quod in sacris literis legitur, Deum omnia in numero, mensura, pondere perfecisse, manifeste tangitur a Platone, numeros, mensuras, solida in medium adducente. Per solida enim comprehendit & pondera, quae etiam significat ubi post dimensionem commemorat vires inclinationum, quasi ponderum causas. Per numeros quidem intelligi vult ipsas rerum naturalium species formasque substantiales: quas etiam Aristoteles numeris comparauit. Per mensuras autem certas instrumentalesque figuras, vel magnitudines speciebus certis accommodatas. Per solida denique atque vires, significat qualitates, & quae cum molibus penitus protenduntur, & praestant motionibus actionibusque momentum. Iudicant autem omnes in universo, tum rerum species, tum specierum figuras magnitudinesque, tum qualitates, geometrica inuicem & musica proportione compositas: ut qua ratione infima a medijs, eadem media a superioribus excedantur. Item per numeros designat medium arithmeticum, quod numerorum paritate consistit. Per dimensionem atque mensuras medium geometricum, quod in rationis proportionibus identitate locatur. Per pondera & vires, medium musicum: quod in portione aequalitate vel similitudine situm, velocitatem, tarditatemque motionum, & acumen grauitatemque vocum virtute comprehendit.

PRIMA DISCVSSIO, QVARE QVATER-
narius elementorū numerus mundo conueniat,

* C A P . X X .

SED de his alibi latius. Iā vero ad partitionem mundanarum
partiu reuertamur, quo harmonicam ipsarum cōpositionem cō-
sistere ualeamus. In superioribus quidē quinarium, & senariū
circulari mundi figurā cōgruere dicebamus. Nūc insup quaternar-
ium eiusdem plenitudinē dicimus cōuenire. Profecto quaternarius
primus implet oēm differentiā numerorum: primum parē ac primū
imparem in se complectens. Implet & simplicē numerorum p̄gres-
sionem, quādo terminis quattuor explet denarium, uno, duobus, tri-
bus, quattuor denarium p̄fectē cōsummans. Implet p̄cessum quoq;
dimensionum, terminis uidelicet quattuor assequens, signo, longitu-
dine, latitudine atque p̄fundo. Implet musicam consonantiā. Nempe
intra quaternarij limites dupla, tripla, quadrupla, sesquialte-
ra, sesquitercia, diapason, disdiapason, diapente, diatessaron, coer-
centur. Implet naturā ad quattuor usque terminos p̄cedentem, sub-
stantia, quātitate, qualitate, motu. Implet denique uniuersum, siue
quod in natura, siue quod supra naturā, essentia, esse, uirtute, atque
actione. Merito igitur Pythagorici quaternitate plenitudinē mun-
dani, tum corporis, tum aī designabant, eamq; uiciniando testabatur
naturā p̄petuo fluentis fontem esse quadruplicē. Ex hoc nimirū fon-
te manat quaternarius elementorum numerus. Hinc quadruplicitas
in celo quadruplex. Hinc sub celo tria quattuor. Hinc sub t̄pe, quat-
tuor humores, complexionēs, affectus. Hinc super tempus quattuor
uirtutes surgunt. Hinc in eternitate quattuor exempla uirtutum.

SECUNDA AD IDEM PROBANDVM
discussio. CAP. XXI.

PReterea nisi uererer partim p̄licitatē, partim et nouitatem, re-
censerem mira quaedā Iamblici & Syriani Proculij cōmentā,
gradus quattuor super mundū suūm cōstituentium. s. unum, ter-
minum, infinitudinem, mixtionem. Proinde supernum mundum. i.
primam intelligibilem; mētem: post eā ponentium mētem mūdumq;
partim intelligibilem, partim quoque intellectualem: post hanc in-
tellectualem simpliciter mentem atque mundum. Quarto uero loco
mentem iam mundumq; aīalem, sensibilib mundi duccem. Ut sup̄re-
mam mentem & suscipere quattuor illa, unum. s. terminumq; &
infinitatem atque mixtionē, & habere suapte natura quattuor: ui-
delicet hinc quidē uirtutē, inde uero essentiam. Rursus uirtutem
essentialem, & essentiam unīformē, atque oēs oīno rerum ideas qua-
druplicis similiter naturā participes. Ut mentem ipsam intellectuā-
lem ioualemq; mundi opificem in fabricando mundo suscipere in mē-
tem intelligibilem atque suūmam uelut exemplar, & in bonum uen-
luti finem. Et qua ratione in mundo intelligibili, quod & ipsum ens
ipsūq; uiuens noīant: principia & ideas suscipit naturā quadrup-
plicis, in quattuor similiter plagas digerere mundū. Quarū prima
a primo celo, postiq; celum p̄ ignis sphaerā usque ad aeris principū
protēdatur: Secunda inde ad aerē usque mediū: Tertia inde ad ter-
rā: Quarta uero sit terra: atque hmoi partitioni quattuor in qua
libet plaga respondeāt exercitus rōnalium habitantium, deorum. s.
mundanorum, itē angelorum, deinde demonum, postremo particu-
larium aīarum. Sed his omisiss ad institutum nostrū regrediamur.

TERTIA AD IDEM CONFIRMANDVM
discussio. CAP. XXII.

Quattuor apud metaphysicum sunt elementa, essentia, esse,
uirtus & actio. Quattuor apud mathematicum, signum, li-
nea, planum atque p̄fundum. Quattuor apud physicū, se-
minaria naturā uirtus, pullulatio naturalis, & adulta forma at-
que cōpositum. Redde uero singula singulis. Essentia quidē signum
atque semen, ipsi uero esse lineā, pullulationemq; uirtuti planum
atque formā, actioni p̄fundum atque cōpositum, & ubique extre-
ma uelut solida duobus consilia medijs. Manifestē uero quod in ma-
thematicis signum est, Plato in physicis uirtutē seminariam indiu-
duamq; & stabilē esse putat. Quā autē in mathematicis linearis in lō-
gum productio: id in physicis germinantis formā pullulationem, ut
ita loquar, existimat. Item quod ibi planum, hic proprie formam:
ut. n. planities corpus terminat, ita forma materiā. denique quod
ibi p̄fundum, hic est cōpositum: cōpositum in quā duplex, tum for-
male. i. ex pluribus formis cōplexio quaedam sphaerā solidā similis,
tum materiale. i. ex forma atque materia. cubo similior. Quod ergo
aut inter duo plana unum suscipere medium, intellige inter duas for-
mas medium unicum satisfacere. i. formale. Formā. n. cum formis
demiceps ubi per extrema sui sese contingunt, uno quodam formali

medio congruunt, utrinque partim quidem conueniente, partim etiā
differente. At uero quod inquit, solida solidis medio duplici copula-
ri, significat inter composita naturalia duo diuersa natura gemina
media interponi. Quorum alterum quidem formale sit, alterum uero
materiale. In quolibet. n. composito, hinc principalis forma, inde
accommodatum formā subiectum consideratur. Hinc efficitur, ut
inter diuersa composita consurgat discrepantia duplex: altera qui-
dem magis ratione formā, altera uero magis ratione subiecti.

QVARTA AD IDEM DISCVSSIO,
& de uiribus proportionibusq;
elementorum.

C A P . X X I I I .

EAdem haec alia insuper ratione corroborantur, s. à quaternita-
tibus modo descriptis, ad quaternitatem sphaerā descendas. in
hac utique consideratur & natura medijs, consideratur & natura
circumferentia longissimē inter se distantes tam proprietate, quā
situ. Consideratur insuper hinc quidem spatium, quatenus propria
uirtus centri porrigitur: inde uero spatium, quatenus propria ma-
gis circumferentia uis protenditur. Hinc quattuor computantur pla-
gā mundi, & quattuor similiter elementa.

	A substantia,	A uirtute,	Ab actione.
Ignis,	subtilis,	acutus,	mobilis.
Aer,	subtilis,	obtusus,	mobilis.
Aqua,	crassa,	obtusa,	mobilis.
Terra,	crassa,	obtusa,	immobilis.

Alia positio earundem.

Ignis,	acutus,	subtilis,	mobilis.
Aer,	obtusus,	subtilis,	mobilis.
Aqua,	obtusa,	crassa,	mobilis.
Terra,	obtusa,	crassa,	immobilis.

Quorum quod in circumferentia ponitur naturā eius sequens, am-
plissimum est, ideoq; oīum subtilissimum per substantiam, per uir-
tutem uero acutissimum, penetrationiq; aptissimum, per actionem
denique promptissimum est adnotum. Quod autem situm est in me-
dio, naturā quoque sequens medijs, augustissimum est, & densis-
simum per substantiam, per uirtutem uero obtusum, per actionem
denique ad motum est ineptissimum. Media uero duo medio in his
modo se habent. Proinde sicut maxime distans in sphaera ambitus at-
que centrum, ita per situm & naturā ignis terraq; plurimum
discrepant. Ille enim ita petit ambitum, ut nunquam natura-
liter medium, hac ita centrum ut nunquam naturaliter am-
bitum. Aer uero interdum descendit, si uidelicet in sublimi ignis re-
gione ponatur. Aqua etiam ascendit, si sub terra colibeatur.
Quemadmodum uero in igne & terra tria considerantur, scilicet
substantia, uirtus, actio: sic & tres potissimum proprietates, uide-
licet in igne quidem per substantiam crassitudo, per uirtutem acu-
men, per actionem mobilitas. In terra uero opposita, per substan-
tiam crassitudo, per uirtutem obtusitas, per actionem immobilitas.
Dicuntur autem horum naturā apud Platonem solida, quia instar
dimensionis trine, trinas possident qualitates: quod si duntaxat ha-
berent planorum instar, unum sufficeret medium: quod uidelicet
in qualitate quidem una congrueret cum extremis, in altera uero
differret. At quoniam tres inuicem oppositas habent duobus, ut ui-
ciantur, opus est medijs: quorum utrinque cum proximo quidem,
tum extremo, tum medio duplici conueniat qualitate, in unica dif-
ferat in duabus. Sic utique ignem sequitur aer, in subtilitate & mo-
bilitate igni per similes: sed quadam uirtutis obtusitate distans, in
qua etiam unica quodammodo cum terra consentit: cum aqua uero
duabus, scilicet obtusitate atque mobilitate. Aqua sequitur aerem
in duabus his aeri similis, sed una similis igni, scilicet mobilitate
duntaxat, at dissimilis igni duabus, crassitudine obtusitateq; simi-
lissimis terrā mobilitate quadam, sed crassitudine obtusitateq; si-
milis. Profecto quod ignis ad terram analogia quadam, id est ra-
tionis similitudine atque proportionē cōparabilis sit, apparet. Quō
admodum. n. se habet subtilitas ignis ad terram crassitudinem: sic
ignis acumen ad obtusitatem terrā: sic iterum ad immobilitatem ter-
rā mobilitas ignis. Quod et comparabilis sit, sed potiori aliqua rō-
ne, ignis ad aerem, aer ad aquam: aqua ad terram: ex consensio-
ne qualitatū est manifestum. Videtur autē elementis proximis qui-
dem ad proximum conuenientia ad discrepantiā esse dupla: ad re-
motum uero contrā, dupla esse ad conuenientiam discrepantiā.
Videtur

Videntur ignis aere duplo subtilior, triplo mobilior, quadruplo vero acutior. Item aer aqua acutior duplo, triplo mobilior, quadruplo esse subtilior. Rursus aqua quam terra acutior duplo, triplo subtilior, quadruplo ad motum esse paratior. Procedere vero inter cognata ad quadruplam usque proportionem duntaxat apud musicos est concessum. Longiori enim progressionem aures offenduntur. Quae etiam in his perfectae rationis musicae continentur. In his utique per tres qualitates quasi per trinas dimensiones, & solida quaedam, ter quoque solidae; ad solida usque procedemus. Nam per duplam quarto gradu ad octo pervenimus: qui primus est solidus. Item per triplas quarto similiter gradu ad vigintiseptem: qui solidus est secundus. Rursus per quadruplas rationes, quarto denique loco ad sexaginta quattuor, qui tertium inter solidos numeros obtinet locum, octo enim ad binario solido, id est, ter accepto, siue ducto: vigintiseptem a ternario ducto ter: sexaginta quattuor a quaternario similiter in seipsum ter multiplicato creatur. Ceterum ut notius sit quanta apud Platonem congruitas mathematicis inest ad physica, repetenda sunt duo illa primorum media solidorum. Posuimus enim inter octo atque vigintiseptem, competentia media duo, videlicet duodecim atque decem & octo. Duodecim quidem numerus, tum ex octo, tum ex vigintiseptem nascitur. Latus siquidem ex quo multiplicatur octo, binarius est. Latus autem ex quo vigintiseptem, est ternarius. sed ex binario atque ternario, ita fit duodenarius, & egeris bis duo ter: ubi duodenarius oriens duo ab octonario accipit latera: unum vero a vigintiseptem. Item ex binario atque ternario ita fit decem & octo, si egeris ter tria bis: ubi decem & octo numerus nascens, ab octonario quidem remoto latus accipit unum, ubi dicitur bis: sed a numero vigintiseptem latera duo, ubi ter tria. Similiter elementa duo inter ignem terramque; media: dum ex extremis contemperantur, interim a proximo quidem naturas reportant geminas: a remoto vero viciniam mutuatur.

QUOD TOTVS MVNDVS EX QVAT-
tuor componitur elementis: & quo haec alia
rone sunt in caelo: aliter infra lunam.

CAP. XXIII.

EX his quattuor elementis geometrica & musica inuicem ratione coniunctis, vniuersum mundum esse compositum Pythagorici & Platonici omnes existimant: ita tamen, ut consonantia horum in caelo nullam inquam dissonantiam patiatur: sub caelo autem, dissonantia quaedam alicubi oriri videatur interdum: sed statim per superiorem concentum in formam consonantem mirabiliter redigantur. Esse utique elementa haec sub luna, nemo negabit. Esse vero in caelo, physici nonnulli negabunt. Sed isti audiant metaphysicos precor, probantes elementa per ideas suas esse in ipso mundi opifice, esse inde in anima mundi per rationes suas: esse in natura per semina. Ergo & in caelo per virtutes: & sub caelo per formas. Quo enim pacto a causis caelo superioribus elementorum natura transeunt infra caelum, & ibi quidem protinus nutantur, nisi virtutes horum moderatrices caelo interim infundantur? Quomodo sicut agricola quidem non regit architectum, quoniam architecturae nullas continet rationes, geometra vero has possidens, regit illum: sic & caelum nisi elementorum elementariumque; comprehendat vires, haec gubernabit nunquam: gubernans vero complectitur, imò complectendo gubernat. Audiant & astronomos tam in signis quam in planetis naturas designantes elementorum, & effectum probantes. Audiant denique sacras literas ponentes saepe in caelis aquas: ponentes terram quoque viuentium. Quod si duo haec ibi caelestium dissimilia ponuntur, multo magis ignis & aer caelestium similiores ibidem a sacris literis collocantur. Respondebunt ut arbitror, alique, vires illic quidem elementorum excellentissimas per modum causae ponendas esse, in sphaeris autem elementorum sub luna naturas eorum secundum formam: in compositis tandem participatione quadam, sed naturas ipsas elementorum in caelo esse negabunt. Ad haec adducunt Platonicas virtutes ubique proprias in propria natura fundari. Itaque si sunt horum virtutes in caelo, esse quoque naturas. sed quemadmodum virtutes illic in genere quodam longe his excellentiore consistunt, ita naturas in excellentiore, imò, ut rectius loquar, excellentissimo. Et naturam illam ignis eminentissimam praebeere caelo sensibile lumen, visibilem calorem, motumque promptissimum. Naturam terrae largiri solidam firmitatem, stabilitatem. Item & stellis densitudinem qua videri possint, & lunae qua radios repellat solares. Naturam aeri praestare perspicuam qualitatem, quam nominant translucen- tem. Naturam aquae asferre delicatissimam, & aequabilissimam lenitatem. Et quod maximum est, ipsi sphaerarum labijs quibus se contingunt, inferere virtutem illam frigoris & humoris, per quam

fiat, ut quamvis ex velocissimo motu rapidissime & vehementissime se contingant, aestus tamen illic resolutioque non accedat. Haec quae de in caelis aquas Hebraei valde probabunt. Probabunt etiam, ut arbitror, si audierint per naturam illic terrae viuentium fieri, ut materia alioquin tenuissima ex tanto motu non dissipentur. Meminisse oportet, tantam esse in caelesti substantia virtutem, tanquam ad conciliandum efficacem, ut qualitates & motiones quae apud nos sunt, inter se repugnantes, ibi non pugnent. Itaque ut reliqua illic elementa statim a prima genitura mundi in formam praestantissimam ignis redacta fuerint: quae admodum per motum caelestem elementa quattuor apud nos in quibus genitura ad unam reducuntur mixti formam. Neque miraberis in unum illic elementa conflare: si cogitabis etiam infra lunam in unam mole esse compactam, & ignem esse soliditatis terrae participem, ne ob tenuissimam mobilissimamque; naturam continuo dissipetur: terram quoque per se torpentem, ignis consortio actione vitamque; nancisci. Quod si extrema miscetur, nimirum & media medijs extremisque; misceri. Item si tanta est infra lunam visio, super lunam esse multo maiorem: sed terrae soliditatem siue stabilitatem illic absque; crassitudine in vaporea quasi forma regnare. Rursus aequabilitatem lenitatemque; aquae percul- lapsum: agilitatem aeris ab effluxu seorsum: efficaciam ignis in lumine salubrique; calore intelligentiae vitaeque; per similes dominari, seorsum ab ea cobusione ad quam efficiendam apud nos cogitur, tum lumen in terra concana repercussum, tum calor igneus aspera quadam materia, & mordaci conclusus. qui certe quatenus a terrena crassitudine soluitur, eatenus lucet purius, caletque; salubrius. Ergo una cum Heraclito & Empedocle, dicemus ignis ipsius qui in idea est, intellectualem lumen, in caelo quidem visibile lumen ad oculos emicare, sub caelo autem ethere purum ipsius & innoxiam vigere flammam, in terra vero carbonem in aspera materia coburentem. Dicemus postremo cum Orpheo esse insuper apud inferos quattuor elementa, Pyriphlegethontem, Acherontem, & Oceanum, & Cocytum. Dicemus cum Platone! quemadmodum in Archetypo mundo omnia sunt in omnibus, ita in hoc imaginario mundo omnia in omnibus esse, sed pro natura suscipientium ubique; singula suscipi, ut caelestia in elementis elementalia sint, elementa in caelo caelestia! atque tantam esse caelestis regionis super alias excellentiam, ut caelestis ignis praeter elementalem ignem tria que; reliqua elementa dici quintum valeat elementum. Hinc mundos quinq; appellari posse ait, siquidem omnia rerum genera in quolibet horum quinque sint pro sua cuiusque natura. Concludemus denique concordiam inter Moysen & Platonem, quem Numerius alterum cognominat Moysen. Quae enim Moyses ait, In principio fecit Deus caelum & terram. Plato ait, Deus primo ignem fecit & terram, ignem intelligens praecipue caelum. Principio enim in sphaera mundi centrum considerauit & ambitum. Reliqua horum gratia interiecit.

CIRCULARIS MOTVS OMNIS, SPHAERAE
semper mobili proprius est. Item ignis maxime proprius est lumen.

CAP. XXV.

SED neque nos turbet qui caelum idcirco igneum esse diffidunt, quia scali quidem motus sit circularis, ignis vero sit rectus. Nam et caeli portio quilibet, si forte ponatur in medio, repente ascendit in rectum, breviori videlicet tramite patriam petitura, & tamen cali motus proprius est circuitus, & terra si separatur a centro, descendet, et tamen eius proprium est quiescere. Profecto quilibet sphaera mobilis tam elementalis quam caelestis, pro figura sua naturaliter mouetur in orbem, sic loco suo plenius fruetur. Motus autem rectus ubicumque est, non tam naturalis est, quam reditus in naturam. Si cui vero corpori circuitus conuenit, maxime conuenit igni. Cum enim a terra distansissimus sit et per naturam, sicut terra est semper immobilis, ita ille semper est mobilis. Si semper mobilis, ergo in orbem. Quod non mouetur in rectum, per actio spatium quod finitum est, finit & motum. Moueri vero in circulum tam ignem quam aerem, ostendit circuitus cometarum. Circuitum quoque aquae testatur influxus perpetuus & effluxus. Manere vero oportuit terram, ut indiuisibili & stabili centro foret similior, eoque; commodius frueretur. Moueri autem superiora, ut varia semper promotionis varietate producerent. Neque negent aliqui caelum esse calidum, sed negent potius esse vrens. Neque dicant solis lumen sola repercussione calefacere, sed sola comburere. Nam Lunae radij repercussi nihil calefaciunt, cum in ea virtus aquea dominetur. Calefaciunt autem Solis radij salubriter pro ignea solis iustificataque; natura. Neque obiciant ex tardiori Lunae motu contingere, ne Lunae radij calefaciant. Nam etsi ponitur esse tardior, tamen tanto propinquior est quam Sol hominibus, ut debeat si non tantum, aliquantum tamen calefacere, si repercussione duntaxat pronuntiat calefactio. Neque adducant aelum esse ignis proprium. Siqui-

dem quo minus aliena miscetur materiae, minus vrit. Sed dicant lumen ignis proprium. Quo. n. purius, eo lucidius: licet oculis quibusdam non manifestius: & lucet longius quam calefaciat, & prius illuminat, & momento, & calorem largitur calefacto post ignem ad tempus seruante calorem: lumen vero largitur nulli, vtpote sibi proprium. Siquidem abeunte igne, simul abit & lumen.

DE SPIRITV MUNDI, ID EST,
de intellectu & anima, & intelligentia, & natura.

CAP. XXXVI.


POSTquam vero tractauit quemadmodum Deus corpus construxit mundanum, deinceps quemadmodum mundanam animam temperauit, aggreditur disputandum. Ostendit interea se ante oculos posuisse prius & informem molem quam formatam, & mox formatam quodammodo prius quam animatam: non quia vel informatas ante formationem fuerit, vel formatio corporalis ante animam, sed vt cognosceremus tam formabilem naturam formationis corporeae gratia, quam corpoream formationem gratia animae tanquam finis, esse diuinitus institutam. Volens itaque Deus opus perfectum facere, vnum & intellectualem effecit mundum: atque vt ex ipso spiritu, & materia mundi commodius animal vnum coneretur, materiam distinxit in quattuor, vt diximus, elementa, quasi animalis huius humores, quia & spiritum eius in quattuor voluerat esse distinctum. Quattuor enim ad mundi spiritum pertinent. Primum quidem intellectus, in se manens immobilis, sphaerae motor sive rector, ita regendis sphaeris ab autore rerum omnium institutus. Secundum sphaerae anima, motor mobilis quidem, sed mobilis per seipsum. Tertium intelligentia quaedam, huic animae a Deo, & intellectu superiore diuinitus insita. Quartum natura, id est, se minaria vitalisq; virtus, ab anima passim infusa materiae. Intellectus quidem & anima substantiae sunt, intelligentia vero atque natura sunt qualitates. Illa quidem anima, haec vero materia. Horum quattuor imagines sunt quattuor elementa. Ignis enim intellectum refert, Terra naturam, Intelligentiam Aer, Aqua denique animam. Et sicut igni tria propria sunt, tria quoque opposita terrae, medijsq; media quadam ratione conueniunt: sic tria intellectui propria eorumq; opposita propria sunt naturae, medijs quoque media. Intellectus enim indiuiduus est, vniuersus, aeternus. Natura diuidua, & multiformis, et temporalis. Anima vero inter haec media per intelligentiam quidem magis intellectus ipsius particeps euadit quam naturae. per animalem vero potentiam, cum natura potius quam cum intellectu consentit. Quamobrem partim indiuidua dicitur, partim quoque diuidua. Item vniuersus similiter & multiformis. Rursus aeterna partim & temporalis. Proinde quattuor vitae secundum quadruplicem mundi spiritum numerantur. Saturnia quidem vita in intellectu suspiciente patrem suum calum, id est, deum cali fabrum. Iouialis autem in intelligentia ad actionem iam mobilem declinante. Venerea in animali virtute iam amante materiam. Dionysiacae in natura quasi ebria, id est, immersa materiae. Praeterea sensus simili ratione quattuor in vniuerso communerantur. Primus vtiq; sensus in anima mundi, communis inquam sensus, & vnus, id est, imaginaria quadam virtus sic intelligentiam eius comitans, & formas rerum particulares attingens, vt illa vniuersales: attingens inquam intrinsecus, ideoq; nullis indiget instrumentis, neque extra procedit vsquam, neque patitur. Secundus vero sensus in animabus sphaerarum est atque stellarum, communis certe impatibilisq; similiter, sed extra procedens. Tertius in particularibus animabus, vltra vim communem iam per instrumenta singula distributus, & extra se porrigens, atque a passione exorrens, sed desinens in iudicium. Quartum denique sensum Pythagorici concedant plantis, imò sensus simulacrum, & id quidem stupidum, nullum iam habens iudicium qualitatis, sed in sola positum passione voluptatis cuiusdam atque doloris. Sensus primus intellectum representat. Secundus intelligentiam. Tertius vim animalem. Quartus denique naturalem. Meminisse vero oportet ipsam mundi materiam, neque aliter suscipere animam quam per naturam, neque aliter intelligentiam quam per animam, neque aliter intellectum quam per intelligentiam. Quemadmodum per terram accipit aqua, per hanc aerem, per hunc & ignem. Ceterum quod deinceps his simile sequitur, animaduerte. Ait enim: Deus animam in medio posuit, eamq; inde extendit per totum, ac demum per ipsam extrinseca mundi protexit. Primo quidem significat animam & implere totam mundi molem, alijs. s. virtutibus alias mundi partes moderantē, & suprema sui circa mundum virtute, id est, intellectuali prouide

dentia, mundum exuperare. Quod autem virtus animae ab ipso medio porrigatur per vniuersum, bis per quattuor gradus exponitur. Primo quidem a media terra passim virtutem conuolenti protendit, a media aqua diffundit vim vitalē, ab aere similiter sensualem, ab igne rationalem. Deinde a media mundi sphaera vim, vt diximus, conuolenti, a sphaera Lunae generabiliū ingenerabiliūq; media vim vitalē, a Sole mundi corde sensualem, a Zodiaco medio firmamenti rationalem. Cū vero duplex sit ad Deū ordo rerum, alter quo ab eo procedunt, alter quo procedentes conuertuntur ad ipsum. Plato processio nis ordinem secutus est, vbi ait: Deus intellectum in anima, animam locant in corpore. Conuersionis quoque ordinem cogitans, ait: Deus animam in medio positam protendit eam inde per totum, & interim aliquid eius eduxit extra mundum: quo videlicet, dum prouideret mundo, conuerteretur ad Deum.

DE COMPOSITIONE ANIMAE,
& quod per quinarium in ea componenda opportune proceditur.

CAP. XXXVII.

QUoniam multa q̄ pertinent ad sphaerarum aias, mētes, motus, & compositionem aīe, in Theologia planius exposuimus, idcirco in illis exponendis hic & sumus, & erimus breuius. Nam ad nonnulla magis propria iam properamus. Principio quinarium numerum compositioni partitioniq; aīe conuenire tribus de causis arbitramur. Prima, quia sicut quinarium ex primo pari primoq; impari constat, sic anima ex diuidua indiuiduaq; natura. Scis autem parem numerum appellari diuiduū, imparē vero indiuisibile, quoniam in partes aequales diuidi nequit. Secunda, quoniam genera et quibus a Deo componuntur oīa, p̄ quinque distribuuntur. Sunt. n. essentia, id est, iterum, status, motus. Aīam vero velut oīum median, praecipua quadam ratione ex ipsis quinque oīum generibus compositam arbitramur. Tertia, quia cū aīa sit mediū vniuersi, naturaliter quinarium suscipit, vniuersi numeri medium. Est. n. quinarium perfectum denarij mediū. Nā quum quinque rite denariū diuidamus, mediū est aequale distās in qualibet diuisione quinarium. Primò quidē si decem in nouē diuiseris atque vni, videbis quinarium inter vni nouemq; esse medium pariter vtrinque distās. Si secūdo in octo atque duo pariter decē volueris, rursus quinarium aequale inter haec mediū reportabis. Si tertio in septē atque tria, vel quarto in sex & quatuor, iterū mediū verū accipies iter extrema quinarium. Mediū vbiq; dicimus Arithmeticum. Quod autē quinto decē partitus i quinque atque quinque, mediū quinarium hēas, dictū supernatiū est. Quas ob res Plato in distributione vniuersi, tū corpus, vti gra dixit vim, aīabilis, tum aī, quinque potissimū capita adducit in medium. Nam vtrouique primū agit de ipsa rei ipsius, vt ita dixerim, substantia atque fundamēto, sive corpus inquam, sive aīe. secūdo de partium vtriusque cōcordia. Tertio de spē ex partium cōcordia resultantē. Quarto de virtutibus specie. Quinto de actionibus q̄ a virtutibus vritur. Volūt vero Platonicū ad essentiam aīe tria illa. s. substantiam, cōcordiā, spē pertinere: p̄ haec sequi virtutem & actionē. Cōcordiam inquam. i. congruā contēperantiam, & hanc quinarium signenerum, partium, rationum, virtutum, actionū. Constat. n. aīa ex illis rerum quinque generibus, p̄ quae & partes eius propriae assignantur. Suscipit rursus a Deo rerū oīum rationes. Habet hinc vni multas propriasq; p̄ quas edit & actiones. Vbi vero aīam appellat cōcordiā vel cōcentum: meminere Platonem in Phaedone quidē negare aīam esse harmoniam. s. partium corporaliū ex ipsis cōfectam, in ensq; iactem. In Timaeo autem affirmare aīam harmoniam esse. s. partium suarum in se manentem, & ex se corpus contēperantem. Praeterea vbi ait, Composuit Deus ex indiuisibili semperq; eodem se modo habente



bente essentia, itemq; ex illa quae circa corpora sit diuisibilis, mediam essentia speciem, id est animam, exponere haec per illa quae dicit alibi: Fecit Deus mundum uiuentem, animatum, intellectualem. Vbi .n. dicit uiuentem, designat uitam quandam naturalem per mundi corpora sparsam, vna cum corpore mundi extensam mobiliterq; agentem. Vbi vero ait intellectualem, intelligit intellectus angelicos, qui proprie regendis sphaeris praesecti, & indiuisibiles sunt secundum locum, & immutabiles secundum tempus, opposito se modo habentes, atque naturalis vita formaq; corporea diuisibilis atque mutabilis. At ubi ait animatum, significat ipsam animam mundanae substantiam, cuius essentia quidem, & indiuisibilis est, & immutabilis, ut intellectus. Dicit tamen potest quodammodo diuisibilis atque mobilis, quia fons proprius est virium quarundam ad diuisibilia & mobilia declinantium. Virtus autem actioq; partim indiuidua & immobilis, quatenus congruit cum diuinis, & stabiliter agit: partim vero & diuisibilis est quodammodo, tum quia multiplex, tum quia ad corpus multiplex diuisumq; declinat: & mobilis, quia temporaliter operatur. Hanc itaque animam appellat essentia speciem tertiam, inter indiuidua aeternaq;, ac rursus diuidua atque temporalia mediam. Quod autem ubi mundum denominat intellectualem, significare velit intellectus angelicos, ex eo probatur, quod mundi corpus per uitam paratur ad intellectum, ergo quemadmodum se habet ad uitam, similiter ad intellectum. Itaque sicut non solum habet naturalem uitam in materia mundi iacentem, sed uitam etiam animalem. i. aiam in se existentem: ita non modo habet intellectualem qualitatem insusum animae, & ritentiam intellectualem substantiam in seipsa manentem. Vbi .n. qualitates certae ad certas substantias reducuntur, ut quemadmodum vitalis qualitas ad vitalem substantiam, ita intellectualem quoque qualitas ad intellectualem substantiam referatur. Componit autem animum quinque potissimum modis. Primus scilicet ex ipsis quinque rerum generibus. Item ex numeris. Tertio ex concentibus numerosis. Quarto ex initijs figurarum. Quinto ex principijs motionum, videlicet ut possidens metaphysicorum mathematicorumq; rationes ita cuncta cognoscat, scilicet essentias, numeros, concentus, figurasq; & motus. Item quatenus anima diuinis cognata est, ex rerum generibus quae primo diuinis insunt, dicit esse compositam. Quatenus cognata est naturalibus, miscet eam figuris & motibus. Quatenus autem inter utraque medium obtinet, numerosis eam concentibus rationibusq; contemperat. Quinque vero illa, scilicet essentiam, idem, alterum, statum, motum, genera rerum notat: quod ex illis praeter primum omnia componatur. Essentia quidem manifeste si significat rationem rei cuiusque formalem, innuit quoque esse, tanquam actum essentiae proprium. Idem vero dicitur, quoniam quodlibet, & secum in primis, & cum alijs congruit. Rursus additur alteri, quia quandam tum intra seipsam, tum ad alia differentiam habet. Praeterea status, quippe quem aliquandiu suam quandam retineat unitatem. Denique motus hoc in loco exitum quandam ex potentia in actum: siue essendo, siue quomodolibet intrinsecus extrinsecusue agendo significat. At super haec quinque genera ponuntur tria, terminus, infinitudo, mixtio. Super tria haec, ponitur ipsum vnum. Essentia quidem diuinum ipsum vnum sequitur. Idem vero statusq;, terminum. Sed alterum atque motus, infinitudinem comitatur. Denique sicut ipsa mundi quattuor elementa per summum gradum loca animis in caelestibus, per medium sub luna, per infimum vero sub terra: sic genera quinque summa quadam ratione ponimus in diuinis, media in anima, infima vero sub anima. In diuinis .n. & unitas multitudinem, & terminus infinitudinem superat, & idem excedit alterum, & status praevalet motioni. In rebus autem inferioribus omni no contra sit: & quae ibi superabant, hic vicissim iam superantur. In anima potissimum aequalis euadit singulorum ad singula temperatio, ut non immerito hanc praecipue, tum rerum mediam, tum musicis rationibus temperatam esse velint. Congruunt animae mathematica, utraque .n. inter diuina & naturalia media iudicantur. Congruunt musici numeri animae plurimum. Mobiles enim sunt, proptereaq; animam, quae est principium motionis, ritè significant. Non solum vero per numeros, sed etiam per figuras describitur anima: ut per numeros quidem incorporea cogitatur, per figuras autem cognoscatur ad corpora naturaliter declinare. Conuenit triangulus animae. Quia sicut triangulus ab vno angulo in duos protenditur, sic anima ab indiuidua diuinaq; substantia profuens, in naturam corporis labitur penitus diuisibilem: ac si cum diuinis conferatur, diuisa videtur. Quae enim illa per vnam & stabilem virtutem agunt, atque subito, haec per plures mutabilesq; vires actionesq; per agit, ac tps interualis. Sin autem conferatur cum naturalibus, indiuisa ceteretur. No .n. alibi habet partes alias loco distinctas, ut illa, sed est in qualibet totius parte tota: neq; omnia mobiliter temporeq;

persequitur, sicut illa, sed non nihil etiam subito consequitur, aeternaq; possidet. Licet in hoc insuper animam eum triangulo comparare, quod triangulus prima figura est earum quae pluribus constantes lineis producuntur in rectum. Anima similiter prima omnium in plures distribuitur vires, q in ipsa intelligentia subiguntur: ac produci videtur in rectum, dum a diuinitate labitur in naturam. In quo quidem descensu ab intelligentia summa in tres profuit vires inferiores, id est in discursum quandam rationalem, in sensum, in vegetandi virtutem. Quemadmodum & triangulus a signo productus, in tres deducitur angulos. Dico autem animam ex omnium genere primam, & ex pluribus quodammodo viribus commisceri, & in rectum, ut ita dixerim, cadere. Mens enim angelica super aiam inferioribus intra se nullis indiget viribus, sed pura mens est, totaq; mens atque sufficiens. Item ad inferiora non vergit, sed in diuinitatem solam, vnde est, circuli more conuertitur. Ideoq; eius actio circulo comparatur. Vna .n. actio est & aequalis: sicut ex vna & aequali linea circulus, & mira quaedam vtriusque capacitas. Praeterea circulus prima est & vltima figurarum. Prima quidem, quia vna circum contentus est linea. Vltima, quia figurae ex pluribus lineis constituitur, quo plures subeunt facies, eo propinquius paulatim ad circuli formam quasi sinem videntur accedere. Similiter & intellectus omnium primus procreatur a Deo, & intellectualis vultus. i. absolutus ordo rerum vltimus omnium in speculo naturae resulget, ad quae naturales formae quasi sinem magis gradatim magisq; accedunt. Sed de intellectu alijs. Nunc ad animam reuertamur.

CVR ANIMA REI COMPOSITAE comparatur. cur consonantiae musicae.

CAP. XXVIII.

TRIA potissimum de Anima in praesentia quaerimus. Primum, quemadmodum Plato animam fuit rei compositae similem. Secundum, quam ob causam rei concordia quadam composita. Tertium, cur consonantiae musicae. Principio anima, & si indissolubiliter composita est, tamen tanta est multiplicitate composita, ut naturali quadam inclinatione ad ea vergat quae sunt omnino composita. Idcirco compositis, quibus cum naturali quadam non dico consanguinitate, sed affinitate consentit, quodammodo similis figuratur. Deinde quia media rerum est, merito & ex omnibus componitur, & concorditer cuncta deuincit: ideoq; quaedam vel concordia, vel concorditer composita comparatur: praesertim quoniam quae in natura inter se pugnant, anima conciliat inuicem, conciliata conuenit, connexa conseruat. Itaque non iniuria concordia quaedam substantialis, siue substantia maxime concors indissolubilisq; anima iudicatur. At cum illa etiam quae ceteris sensibus apprehenduntur, seipsim concorditer composita sint, querebatur tertio, cur Plato concordiae potissimum musicae similem expresserit animam. Respondetur ad haec: Musicam consonantiam in elemento fieri omnium medio, perq; motum, & huc quidem orbicularem ad aures peruenire. ut non mirum sit eam animae conuenire, tum mediae rerum, tum motionis principio in circuitum renouabili. Adde quod concentus potissimum inter illa quae sentiuntur quasi animatus, affectum sensuumq; cogitationem animae, siue canentis, siue sonantis perfert in animos audientes: ideoq; in primis cum animo congruit. Praeterea quae ad visum quidem spectant, & si pura quodam modo sunt, tamen absq; motionis efficacia, & per imaginem solam absq; rei naturae saepius apprehenduntur: ideo parum admodum mouere animos solent. Quae vero ad olfactum, gustum, tactum, quasi valde materialia potius instrumenta sensuum titillant, quam animi intima penetrent. Consentus aut per aeream naturam in motu postea mouet corpus: per purificatum aerem concitat spiritum aereum animae corporisq; nodum: per affectum, afficit sensum simul et animum: per significationem agit in mentem: denique per ipsum subtilis aeris motum penetrat vehementer: per contemplationem lambit suaviter: per conformem qualitatem mira quadam voluptate perfundit: per naturam, tam spiritalem quam materialem, totum simul rapit & sibi vendicat hominem. Et profecto si quis tanta Musa rum arte diligentiaq; concentus offerret auditui, quanta naturae artis ue cura vel saporis gustui, vel mollia tactui offeruntur, proculdubio cognosceremus Apollinem multo magis animum rapere melodia, quam vel Bacchus vino gustu, vel Venus pruritu tactum soleat occupare. Accidit ad haec, quod ubi Plato mundi fabrum inducit loquentem, tum secum ipso ratiocinando, tum ad reliqua imperando, eloquiū ipsum quasi Apollineū cantum apprime musicum, originem mundani tam animi quam corporis esse putat, et animam inde natam musica similiter rone citharam pulsare caelestem. Et profecto quod in caelesto melodia est, tum ex tardiori motu grauis tonus, tum ex motu velociori

velociori tonus acutus, idem sub caelo est grauitas, & lenitas: ite frigus & calor, rursus humor siccitasq; elementorum. Idem in generatione rerum, materia est & forma. Idem in humanis ingenijs, mansuetudo & magnanimitas, temperantia atq; fortitudo. Et quae admodum ex graui acutaq; voce, sic ex geminis cunctis quas narrauius naturis ubiq; sit unum. Cum igitur consonantia musica quasi yna sit, & rationalis & efficax, item ut pote quam similitima, animo quam gratissima, rursus totum sibi hominem vendicet, & quod maius est, per ipsam factus sit animus, facta sint omnia, per ipsam conseruentur, per ipsam & moueantur, haud ab re Plato nosse animam effectricem, seruatricem, motricem omnium naturalium musicis praecipue numeris rationibusq; descripsit, numeris inquam non mathematicis accidentibus, ut quidam calumniantur, sed idealibus numerorum metaphysicisq; rationibus constitutam.

PROPOSITIONES ET PRO-
portiones ad musican Pythagoricam &
Platonican pertinentes.

C A P. X X I X.

Phithongum, id est sonum melodys aptum vocant, quo & grauiorem & acutiorem facile quis edere possit, ut neque tam profundus remissusq; sit, ut sit silentio similis, neque tam altus & intus ut perstrepat. Grauem sonum motu remisso, & tardo, acutum intentiore & velociore creari putant. Quemadmodum vero remissus admodum, & tardissimus motus ad quietem quasi videtur accedere, sic sonus grauius ad silentium. Rursus sicut vehementissimus celerrimusq; motus ad silentiam, sic ad offensionem sonitus acutissimus. Intervalsa vero sonorum appellant certos excessus inter eos in acumine grauitateq; mutuos. Compositiones autem congruentium sonorum ex opportunis proportionibus consonantium conuentiones. Coaptationes quoque fidium in musicis instrumentis, siue in unico tetrachordo, quale inuenit Mercurius, & Orpheus confirmant, siue in duobus tetrachordis per chordas septem una coniuictis, qualia Terpander dicitur effecisse, siue in geminis tetrachordis per chordas octo dispositis atque disiunctis, quorum Lycaonem Samium fuisse auctorem, siue in tetrachordis quattuor coniuictis, atque ex fidibus quindecim Graecorum tandem omnium approbatione constantibus, in his omnibus tetrachordis gradatim diatessaron resonat consonantia. Iam vero post sonorum, intervalorum, compositionum mentionem ad proportionem, ex quibus sunt consonantiae, procedamus. Proportionem aequalitatis nominant, quae sit inter terminos omnino inter se pares & aequales, ut inter unum hoc, atque unum illud, & cubitum atque cubitum. Inaequalitatis autem quae inter impares vel inaequales, ut inter unum atque duo, & cubitum atque bicubitum. Et haec quidem altera maioris inaequalitatis, ut dupla: altera vero minoris, ut subdupla. Praeter ea proportionem inaequalitatis triplicem in praesentia considerare debemus. Primam quidem, quam multiplicem nominant, ut duplam, triplam, quadruplam: quae per maiorem numerum non diuidit minorem, sed resumit multiplicatq; totum, siue bis, siue ter: atq; ita per modum numeri infinite multiplicabilis infinite procedit. Secundam vero, quam superparticularem nuncupant, in qua maior numerus praeter id quod minorem comprehendit semel totum, diuidit ipsum deinde, partemq; diuisam superponit toti, sed partem quam vocamus aliquotam. i. ex qua aliquoties replicata fit totum. Harum prima est sesquialtera, inter binarium & ternarium. Ternarius .n. binarium comprehendens, addit insuper unitatem, quae bis resumpta binarium efficit. Secunda sesquitercia, inter quattuor atque tria, atq; ita in infinitum per modum continui diuisibilis infinite proceditur. Tertia est superpartiens, quae toti superaddit partem, quae aliquoties accepta toti proprie creare non valeat. qualis est inter quinarium & ternarium. Nam quinarius ultra ternarium adiungit binarium, qui & semel sumptus non implet ternarium, & bis acceptus excedit. Proportio haec quia totum diuidit in partem restitutioni totius ineptam, inepta videtur ad consonantiam, in qua omnis diuisio in totum, & multiplicatio in unum necessario restituitur. Secunda vero apta censetur, quoniam & si diuidit, tamen ab ipsa restitutionis facilitate non errat, & in ipsa termini esse inuicem comensurabiles indicantur. Differentia .n. inter duo atq; tria est mitas. haec vero communis est vtriusq; mensura. Accepta .n. bis, metitur binarium: ter accepta, ternarium. Sed inter quinarium & ternarium differentia est binarius: hic aut non potest aliquoties acceptus vel ternarium, vel quinarium villo pacto metiri. Proportio vero prima concentibus ac comodatissima est. Non .n. diuidit, sed & multiplicando restituit,

& restituendo multiplicat. Neq; quae erit aliunde mensuram, ut superparticularis, sed minor terminus maiorem metitur, in dupla bis, in tripla ter replicatus. Neq; ab integritate, neq; a simplicitate caedit. Superparticularis autem ab integritate quidem labitur: diuidit enim: sed seruat simplicitatem. per unam .n. quandam diuidit partem. Superpartiens vero non modo amittit integritatem, sed et simplicitatem, ubi plures commiscet partes, in unum quiddam restitutioni totius ineptum. Idcirco haec a consonantia dissonat, duae vero superiores consonant, magis autem multiplex, maxime dupla. Nempe in hac non videtur aliud propriè aliud superare, sed superari quodlibet à seipso. Nam in dupla binarius superat unum, quaternarius binarium binario, similiterq; demiceps. Adde quod prima est inter primos numerorum terminos, unitatem scilicet binariumq; progenita. Progenita inquam sola, absq; aliarum commercio, quasi libera, & ab omnibus absoluta. Tripla vero, dum inter unum oritur atq; tria, sociam habet sesquiterciam simul inter duo triaq; nascentem. Quadrupla quoq; videtur sesquitercia commisceri. Nam cum primum quadrupla nascitur quattuor inter & unum, oritur simul & sesquitercia quattuor inter & tria. Item dupla proxime oritur ab ipsa aequalitatis proportionem. ab hac tripla & sesquialtera. Item à tripla quadrupla & sesquitercia nascitur, atq; similiter. Quod quidem, nisi simplicitatem vereretur, perspicue demonstrare. Ad duplam igitur tanquam ad principium atq; finem omnes aliae rediguntur, eamq; vel diuidunt, vel multiplicant. Dupla .n. prima, integra, simplex, absoluta & aequalissima est, ut non mirum sit consonantiam ex hac ipsa nascentem esse omnium perfectissimam, & appellari Diapason, quia & ipsa per omnia protendatur, & omnes proportionem reducantur ad ipsam. Verum antequam consonantiam praesentiar, admonendi sumus, quem Graeci Logon nominant, nos rationem proportionemq; nominare, & quam illi Analogiam, nos rationis comparationem siue similitudinem rationis & proportionalitatem rursus, appellationem vero tam elegantiam quam propria. Et proportionem quidem inter duos fieri terminos: & quando rite fit, concludens videlicet ad melodias, definiuntur mutuum duarum quantitatum inter se commensurabilium habitudinem, ut dupla inter unum atque duo, & sesquialtera inter duo atque tria, similes demiceps. Proportionalitatem vero definiunt mutuum duarum proportionum comparationem. Cui quando dicimus, quemadmodum se habent duo ad quattuor, ita quattuor se habent ad octo, per rationem videlicet utrobique duplam. Quae quidem comparatio, quia inter tres fit terminos, continua nominatur. Discreta vero est, quae inter quatuor res efficitur, cui quando ita conferimus: Sicut duo ad quattuor, ita octo ad sexdecim sese habent. Item comparationem eiusmodi esse triplicem, scilicet arithmetica, geometricam & harmonica. Arithmetica in numeri paritate consistere. Sic inter tria & septem medius est quinarius, numero eodem, scilicet binario alterum terminum superans, ab altero superatus, per proportionem utrinque bipartientem. Geometricam vero in rationis aequalitate sitam esse, in qua sunt multiplex atque superparticularis: quando videlicet ita comparamus, sicut se habent tria ad nouem, ita nouem ad septem atque viginti, nam utrobique tripla. Item quod est nouenarius iuxta senarium, idem est senarius iuxta quaternarium. Nam & hic, & illi est proportio sesquialtera. Denique proportionem harmonica in quadam similitudine collocant, per quam tribus terminis in ordinem positus, sicut maximus terminus aspiciat minimum, similiter differentia inter terminos maior minorem respicit differentiam. Si enim ponas tria, quattuor, sex, differentia inter sex & quattuor est binarius: differentia inter quattuor & tria, mitas. sicut autem inter sex & tria dupla ratio est, ita inter duo & unum est ratio dupla. Viget hic altera quoque similitudo, scilicet portio: Simili namq; extremorum portione medius terminus excedit atque exceditur. Quae ternarius enim superatur à senario per tertiam senarij partem: sicut rat quoque ternarium tertiam ternarij parte. In hac vtrique arithmetica versatur harmonica, quod proportionem quidem superpartientem quasi disgregatas dissonasq; denitat, multiplices autem & superparticulares admittit, componens duplas ex sesquialtera atque sesquitercia, per harmonica qualè diximus rationem concordis varietate gaudentem. Amat vero, quemadmodum dicebamus, comparationem multiplices, necnon superparticulares, ea insuper ratione, quod in his tanta est ad idem restituendum procliuitas, ut quando plures rones eiusdem inuicem componuntur, medium in se ductum tantundem multiplicet, quantum extrema si inuicem perducantur. Pone duo, quattuor, octo: sicut autem bis octo, sic & quater quattuor, sexdecim procreant. Item pone, quattuor, sex, nouem: sicut ergo quater nouem, sic etiam sexies sex multiplicat sex atque triginta. Similiter si duo inter extrema media interierit, puta

puta inter duo atque sexdecim posueris quattuor atque octo. Omnes enim hi demerps numeri dupla proximum ratione consociantur. Si ergo duo in sexdecim ducas, tantundem reportabis, ac si quattuor in octo perduxeris. Idem contingit in ceteris tam super particularibus quam multiplicibus. In superpartientibus autem non fit idem. Dispone tria, quinque, septem. Sicut à septenario ad quinarium est habitudo superpartiens, sic à quinario ad ternarium. Utrobique in duæ quædam partes toti insuper apponuntur. Si ducas ternarium in septenarium, non eundem numerum procreabis, ac si quinarium in seipsum. Primo itaque gradu sunt multiplices: quoniam præter id quod modo dicebamus, per eas numeri omnes respiciunt etiam unitatem, dum afficiunt numeros. Secundo gradu superparticulares: quia eisdem unitatem ipsam non spectant, semper tamen unam quandam spectant partem ad integrum unum accommodatam. Tertio superpartientes: quia horum neutrum videntur assicere. Quam ob rem hanc odit habitudinem facultas harmonica, tanquam concordie reluctantem. Optat enim, vel ex ipsa æqualitate proportione uniuocum unisonumque consicere: vel ex rationali, id est, multiplici & superparticulari in æqualitatis proportione, æquiuocum æquisonumque conflare. Talem vero æquisonum constat ex dupla, qualis unisono fit quam proximus: quia in dupla & minor terminus maiorem metitur, metiendoque ad æquat, & maior ubi minorem superat, nõ alio numero quam ipsomet minore, ut ita dixerim, exsuperare videtur.

QVOD IN MVSICIS CONSONANTIJS UNUM EX MULTIS EFFICITUR, PER QUOD CONSONANTIA DEFINITUR.

CAP. XXX.

Quemadmodum medici peritissimi certos inuicem succos certa quadam ratione commiscunt, per quam in unam nouamque formam plures atque diuersæ materie coeant, & ultra vim elementalem virtutem quoque celestem mirifice nanciscantur, quod in Mithridatis confectione, & Andromachi Theriaca est manifestum: similiter artificiosissimi Musici grauisimas voces quasi materias frigidas, voces item acutissimas quasi calidas, rursus mediocriter graues ut humiditas mediocriter, & acutas ut siccas, tanta ratione con temperant, ut una quædam forma fiat ex pluribus, quæ ultra vocalem virtutem consequatur insuper & celestem. Quod quidem ex eo quod Democritus Theophrastusque aiunt, & Pythagoras effectu probauit, euidenter apparet. nam certis concentibus morbi quidam tam corporis quam animi mirabiliter curari dicuntur, ut non mirum sit veteres sapientes in idem, id est, Apollineum numerum, tam medicinæ quam musicæ originem retulisse. Vtraque enim medicina est. Sed altera quidem ex corpore animam, altera vero ex anima curat corpus. Accommodatissimè etiam Apollini melodiæ fonti vaticinium tribuerunt. Sola enim melodia ab omnibus quotcumque distrahunt animam retrahens, contrahit in seipsum, in auditum quandam, ut ita loquar, interiorem: quo non voces solum, sed & rationes vocum percipiuntur: sedatisque perturbationibus celesti contemperat harmoniæ, diuinæque cælitus effundit oracula. Sed ne quis forsitan neget ex acuta grauique voce tertiam fieri communemque vocalem formam, cogitandum est graues acutis perfectius commisceri posse, quam succis succi permisceri dicantur. Primo, quia vocales materie ob subtilitatem suam continuamque motum uniuocumque in cunctis corporis aerei qualitatem, facilius consummatiusque quam succi & crassi, & ad motum ineptiores, & qualitibus admodum discrepantes, conflantur in unum. quod si in unum, ergo & ad unam nouamque formam aptius parantur concipiendam. Deinde quoniam instrumentum vocis naturale, intrinsicum, virtuti vitali, animæli rationali quam proximum, atque obedientissimum, facilius perfectiusque arti obtemperat musicæ, ad unum ipsum quod spectat, con ficiendum, quam extrinseca medicis instrumenta, atque etiam si pulsetur cithara digitis, fidelius obsequentur musici voto fides, quam medicis herbe. Ac si in herbarum congestam molem ultra indu striam & operam medicorum agit deinde natura, & tempore quidem certo, multo magis in vocalem materiam tractabilem admodum & formabilem agit natura subito, natura inquam ubique vi tens viribusque munita cælestibus in materia celo similiorem & quasi viuam. cui quidem repente nouam, viuam, mirificam adhibet formam, per quam occulta virtute vires suas in corpus experiat & animam. Proinde quemadmodum in corpore ex elementis quattuor naturaliter constituto, qualitates elementorum quattuor, unam, & in quidam nominant, quintam consociant complexionem, videlicet substantiam virtuti speciali oculis modis cælitus prouentu

ra: sic & voces plures vitæ commixtæ unum quandam inuicem resonant reboatum virtutis nouæ atque mirabilis fundamentum. Nam si ex sonante cithara in citharam similiter temperatam resonat repente nonnihil, & ex chorda vibrata, statim in chordam æquæ tentam transit vibratio similis: cuiusmodi dubium sit ex pluribus vocibus una quadam ratione conflatæ, unam subito nasci quasi formam communem cunctis, per quam plura sint unum, ideoque ut unum percipiuntur à sensu, & in unum quandam congregiantur effectum. Constat enim idem ex voluptate sensus, in quo cum una forma sit ex multis, oblectatio plena prouenit ex una similiter forma, quæ congrue consociatur ex multis. Hinc fit, ut audire diuinius unisono tædeat, in quo sine ulla inæqualitate sentiatur æqualitas. Fit insuper, ut dissonus offendat sonus, in quo in unum differentia non conspirant. ideoque multa perspicue discernuntur à sensu, & ab ipso quasi gustantur ut multa. Gustantur inquam, quia sic ferme ad uocum, ut gustus ad saporum afficitur mixtionem. Hinc propheticum illud: Dulciora melle ori meo eloquia tua domine. Denique siue graues soni acutos absorbeant, siue acuti graues occupent, nõ prouenit delectatio, & tamen unio quædam ubique requiritur. Quum uero unio, uel ex absorbente, uel ex occupante non placeat, reliquum est ut sola placeat, quæ noua & efficax ex moderata quadam conflatione resultat. Hinc igitur consonantia definitur, soni grauis & acuti mixtura uniformiter ad aures suauiterque accedens. Est autem mixtura hæc ei similis, quæ in saporibus gustui satisfacit, in quibus sapor dulcis nimium atque pinguis, uoci remissioris admodum grauiorique similis indicatur, sapor autem acutissimus, acutissimæ. Sed dulcis sapor acrimoniæ mixtus, uocem refert moderatè grauem. Mixtus uero salsedini, uel acuminis, mediocriter acutam representare videtur. Ac tum demum permixtio multiplex implet sensum, quum non discernitur ut multiformis, sed seipsam in sinuat uniuocam. Tradunt Physici sonum in orbicularem figuram multis gradatim amplificatam circulis ad aures peruenire, non aliter quam qui in stagno ex iactu lapidis ab alto circuli multiplican tur ad litus. Consonum uero ex grauibus acutisque conflatum, uelut unam formam, & hanc rotundam quidem, sed oualem illabi auribus arbitrantur. In qua quidem octaua uox quasi per acutiorem uerticem, uocis primæ latitudinem sibi continuans, ex seipsa atque prima unam iam conflat uocem: atque sicut oculus oualem rotunditatem tanquam unam uidet figuram, quamuis hinc latam magis, inde minus: sic auditus uocem ex graui octauaque resultantem haurit tanquam unam, ab amplo quodam profundo quasi in acutâ sublimitate omni instar gradatim sese ac suauiter attolentem. Hinc fieri arbitramur, ut & natura eiusmodi quasi figuram audiendi instrumento tribuerit, similemque instrumento loquendi, & ars præ terea similem quoad fieri potuit musicis instrumentis. Ea certe consonantiora sunt, quæ ouali figuræ propinquiora.

QVAE CONSONANTIAE ex quibus proportionibus oriuntur.

CAP. XXXI.

Pythagoram ferunt, quum apud æarios fabros amotauisset ex malleorum ictibus consonantiam lege ponderum prouenire, col lege numeros, quibus sibi consentiens diuersitas ponderum continebatur. deinde tetendisse neruos tam varijs poderibus alligatis, quam varia in malleis fuisse didicerat: atque hinc manifestè considerauisset, ex neruo qui super alium sesquialtera ratione protendebatur, aduersus alium discerni tonum, id est plenum integrumque sonum, qualis erat nouem ad octo proportio. Neque potuisse tonum in duo hemitonias inter se æqualia distribuere, quando neque nouenarius in partes duas secaretur æquales: sed inuenisse hemitonium alterum quidem esse paulo maius dimidio, alterum uero paulo dimidio minus, quod ille Diesim, Plato Limma uocauit. Quantum uero deficiat hemitonium minus ab integro tono, & a uero hemitonio, Plato in interuallo horum indicat numerorum, scilicet inter ducenta quadraginta tria, atque ducenta quinquaginta sex. Quum enim octaua pars minoris illius numeri sit triginta, & prope semis, hic uero maior numerus super minorem illum addat duntaxat tredecim, neque tonum reddit, neque integrum hemitonium. Annaduertit deinde Pythagoras integram plenamque toni, ut ita dixerim, latitudinem duobus sonis & uno interuallo consistere: atque ita prima consonantiæ adeptus est elementa. Quarum prima diapason extitit, ex prima uidelicet proportione, id est, dupla resultantis, ubi scilicet chorda hæc super illam ex duplo pondere duplo


duplo magis tenta, dum pulsarentur ambæ, duplo vehementius cibusque in suam sese recipiens reclinat, vocem longè acutiorem vici-
 cibus longè grauiori reddebat, adeo tamen amicam, vt quasi vni-
 cus apparet sonus seipso hinc augustinior, inde amplior. Sonus hunc
 vbi occurrebat acutior, modulando metitus est in octauo altitudinis
 gradu à graui, connumerato videlicet graui, esse locatum: itè octo
 quidem sonis, & intervallis septè, tonus autè sex fermè constare. Præ-
 terea vbi inter fides ratio intentionis remissionisq; sesquialtera erat, in-
 uenit consonantiã diatessaron, tonos quidem duos, & hemitonium ni-
 minus, sonos autè quattuor, & intervalla tria comprehendentem. In ses-
 quialtera verò reperit diapente, & in hac tonos tres, & hemitonium
 minus, sonos vero quinq; & quattuor intervalla pcepit. Animad-
 uerit deinde diapasone ex diatessaron & diapente componi: quia ra-
 tio dupla quæ gignit diapasone, vbi habet mediũ, ex sesquialtera &
 sesquialtera, ex quibus ille sunt, constituitur. Prima. n. dupla me-
 diũ habens duorum est ad quattuor, composita ex sesquialtera in-
 ter tria atq; duo, & ex sesquialtera inter quattuor atq; tria. Sed in
 habitudine tripla diapasone diapente considerauit, habentẽ sonos qui-
 dem duodecim, sed vnde decim intervalla. Nam diapasone quidẽ in du-
 pla, diapente verò in sesquialtera sedem habet. At sesquialtera du-
 pla continuata efficit triplã. Sex. n. aduersus tria dupla est. Adde
 nouẽ, vnde ad sex nascitur sesquialtera, statim triplã à nouẽ ha-
 bebis ad tria. Neque tamen fit triplã, si dupla adicere sesquialtera,
 vt potè si illi senario adiunxeris octonarium. deest. n. sesquialtera,
 scilicet nouem ad octo. Et quoniam sesquialtera dupla addita, fit su-
 perpartiens, vt octo ad tria. est. n. hic habitudo dupla superparti-
 tiens per bissestertiam: ideo Pythagoras prohibuit ultra duplam,
 id est, diapasone repente continuare per sesquialtera diatessaron:
 quoniam Ptolemæus alicubi subiuunctionem hanc admittat. Commo-
 de verò adiungitur sesquialtera triplã. Hinc enim fit proportio qua
 drupla, & per quadruplam consonantiã diatessaron, habens so-
 nos quindecim & quattuordecim intervalla: puta si posita triplã in-
 ter nouem atque tria, subiunxeris duodenarium, qui est aduersus
 nouenarium sesquialterus, acquires subitã quadruplam ex duodecim
 ad tria nascentem. Vltra verò quadruplam progredi vetat gratia
 melodiæ, non solum quia ex vehementiori motu fractioneq; in sen-
 sum proeuit violentia, sed etiam quia cum primum vltra primam
 quadruplam quinquẽpla nascitur inter quinque atque quattuor, ori-
 tur simul superpartiens inter quinque atque tria, quæ dissonan-
 tiam intermiscet. Sed vt citra quadruplam redeamus, vetat etiam
 vitium torporis gratia vltra sesquialteram sepe descendere. Vetat
 sesquialteram sepe duas continuare, tum quia alioquin displicent, tũ
 quia non implent duplam atque diapasone. Si disponas nouem, duo-
 decim, sexdecim, sesquialteram quidem duas habes, duplam vero ne-
 quaquam: deest enim sesquialtera, scilicet decem & octo, ad sex-
 decim, vt dupla à decem & octo nascatur ad nouem. Neque liben-
 ter geminis continuat sesquialteras, hæ nanque continuæ duplam su-
 perant sesquialtera. Quod quidem si quattuor, sex, nouem descri-
 pseris, depræbendere poteris. Hic enim duæ sunt proximæ sesquialte-
 ræ à quattuor vsque ad nouem. Nouenarius autem octonarius, qui
 duplex est ad quattuor, sesquialtera superat portione. Ex hoc ap-
 paret potentiam sesquialteræ verò duplæ dimidio esse maiorem. Ex
 quo etiam patet potentiam sesquialteræ tantundem dimidio esse mi-
 norem: quandoquidem ex ambabus dupla creatur. Superatur quidem
 sesquialtera à sesquialtera per octauam vnicam portione. Ab octo
 enim ad sex habes sesquialteram, sed à nouem ad sex habes sesquial-
 teram. At verò à nouem ad octo sesquialtera: & hac ipsa sesqui-
 octaua parte comprehendis sesquialteram à sesquialtera superari.
 Meminisse verò oportet diatessaron, id est, comparisonem sonorum
 quattuor ad quartam altitudinem ascendentium per se quidem audi-
 tam non approbari, recipi tamen ex eo libenter, qui facile tono ad-
 dito fit diapente gratissima vocis quintæ concordia. item quia si cũ
 diapente connectitur, diapasone conficit omnium perfectissimam.
 Neque verò turbare quenquam debet, quod cum dixerimus diatessa-
 ron quidem quattuor, diapente verò quinque sonos habere, tamen
 diapasone ex vtriusque compositam sonos non plures dicamus habere
 quam octo. Nam vbi de compositis agimus consonantijs, ita in
 quatrionibus inuicem coniugatis fides ipsas disponimus, sonosq;
 continuamus, vt vltimus primæ consonantiæ sonus, sit primus se-
 cundæ in ipsa compositione sequenti. Hinc ergo res admonet, vt
 ad septichordum Terpandri regrediamur, in quo quarta chorda
 bis pulsatur, vt quodammodo euadat octochordum. Quam qui-
 dem coniugationem propterea secutus, vt arbitror, est Terpan-
 der, quia multiplicatio vocum manifestè inter se discrepantium ad so-
 num vsque septimum augetur. Octauus autem iam mira quadam
 similitudine redit ad primum: quemadmodum & ratio dupla per

quam creatur, restituit minorem quem superat numerum, dum
 eundem excedit eodem. Nonus reuertitur ad secundum, & deso-
 nat vt secundus. Decimus ad tertium, & consonat sicut tertius.
 Vndecimus ad quartum. Duodecimus ad quintum. Ad sextum
 tertiusdecimus. Sed quartusdecimus redit ad septimum. Denique
 quintusdecimus ad octauum, & cum octaua simul ad primum. Pri-
 mum verò grauisimumq; sonum Hypaten nominant. Sequentem,
 Parypaten. Tertium, Lichanon. Quartum, Mese. Quintum,
 Paramesen aut Triten. Sextum, Paraneten. Septimum sonum verò,
 Neten. Præterea si in qualitate motuq; diuturno comparatio fiat,
 Hypaten cum Saturno, sequentesq; sequentibus planetis ordine con-
 feremus. Sin autem in motu diurno eiusq; celeritate vel tarditate, vi-
 cissim Hypaten cum Luna, sequentesq; deinceps cum planetis superio-
 ribus comparabimus. Inuenimusq; graues in celo sonos mixtos acu-
 tis, eosdemq; orbes altero quidem motu acutum tonum edere, altero
 verò grauem. Item ex ingentibus globis ingentes, ex diuinis diuinos,
 ex multiplicibus reuolutionibus pari ratione multiplices. Et quemad-
 modum vltra septimum sonum reuolutio fit in idem, sic super plane-
 tarum septem distinctos orbis, omnia reuolutum in vnum orbem, in se-
 ipso eiusmodi septenarium mirabiliter complectentẽ. Sed de his alia.
 Redeamus ad consonantias, easq; iam sine quodam proprio conclusio-
 damus. Hæ quidem tres apud veteres numerantur. Prima Diatessa-
 ra, in qua quodlibet quatrionibus per hemitonium minus pcedit,
 & tonum atque tonum, quam tum sapientes aliq; tum Plato vel ma-
 xime ante alias comprobant, tanquam maxime omnium naturalis.
 quandoquidem ab hemitonio minore quasi molli materia ritu nature
 procedit ad validiorem toni materiam, formamq; habet simplicem,
 & mansuetam simul atque robustam. Adde quod potissimum con-
 nit quatrionibus, in quo Diatessaron ex geminis tonis & hemitonio
 procreatur. Secunda consonantia, Chromatica nuncupatur, quæ
 per hemitonium minus atque hemitonium minus, & hemitonium,
 discurrere consuevit. sed hanc vt potè molliorem philosophi reprobant.
 Tertia nominatur Harmonica, progrediens per quartam fermè ter-
 tiã partem, rursusq; per quartam similem atque Diuonem. Hæc
 quoque non probant ob perceptionis & vsus superfluitatem diffulta-
 tem. Multa verò quæ in presentia ad eadem spectantia prætermittimus,
 in octauo Epistolari nostrarũ libro diligentius pertractamus.

DE HARMONICA ANIMAE
 compositione. Cap. XXXII.

DEUS Animam mundi procreaturus, eam ex indiuidua atque
 diuidua constanti essentia. Prima hæc apud Platone diuisa, in
 essentiam scilicet & indiuisibilem proprietatem atque diuisibilem,
 est communissima. Nam quod indiuiduum dicit, continet in se quod
 neque secundum locum secatur in partem extra partem, neque se-
 cundum tempus à priori dissiuit in posterius. Per primum quidem
 appellatur idem: per secundum status & stabile. Similiter quod di-
 uiduum nuncupatur, in seipso complectitur & quod loco diffunditur,
 & quod tempore labitur. Per primum quidem appellatur al-
 terum: per secundum motus & mobile: motus inquam in naturalibus.
 Quapropter sub illa diuisione quæ dicebat animam ex essentia indi-
 uidua & diuidua glomerari, quinque rerum genera quodammodo
 continentur, essentia, idem, alterum, status, motus. Plato verò
 breuitatis gratia non replicat quinque, sed tria. Repetit. n. essentia,
 idem, alterum, quasi sufficient. Nam ad idem quidem sequitur sta-
 tus, ad alterum verò motus. Atque vicissim ad statum sequitur idem,
 ad motum similiter alterum. Inquit autem deum ex essentia, & e-
 dem, & altero vnam conflauisse naturam tam exacta commixtione,
 vt in essentia eius ubique idem inesset & alterum, atque vicissim
 in ipso eius eodem inesset & alterum & essentia, rursus in ipso eodem
 altero & essentia lateret & idem. Nam essentia per idem habet ut
 & secum ipsa alijsq; congruat: per alterum, & quodammodo in se
 distinguitur, & multo magis à cæteris. Idem verò & alterum am-
 bo vt existant ab essentia sortiuntur. Sed idè à seipso conuenientiam
 possidet, ab altero differentiam. Ipsum verò alterum à se quidem
 differentiam, sed ab eodem congruitatem simul & ordinem. Horũ
 verò congeriem generum Plato conduceret putat animam ad res om-
 nes tum iudicandas, tum etiam peragentas. Nempe, quoniam
 animam ex essentia constat, quid sit vnumquodque definit: quia
 ex eodem, cognoscit quid simplex: & si compositum, quia vni-
 one coniunctum, & quomodo secum ipso alijsq; consentiat: quia
 ex altero, quid sit diuersitatis in quolibet, & qua conditione vel
 in se digeratur, vel seceretur à cæteris: quoniam ex statu, quale
 & quo pacto, quoduis in seipso permaneat: quia ex motu constat,
 agnoscit à quali res quæq; & quali ratione dependeat, sic qualia et
 quomodo

quomodo faciat. Præterea per essentiam, dat esse rebus: per idem, res sibi coniungit & alijs: per alterum verò serungit: per statum in natura propria confirmat & ordine: per motum mouet, & efficit ut moueantur & agant. Quæobrem non immerito Plato in anima fabricanda, rerum omnium genera certa quadam ratione comisset. Mixta verò hæc inuicem aut harmonica rone, non arithmetica, alioquin inuisa foret alicubi distributio: neque geometrica tantum proportione, alioquin tanta foret æqualitas in mixtura, ut cum extrema corporum diuersitate proximè conspirare nõ posset. At harmonica ratio variõrum similitudine constans, & distimilia facit similia, & in æqualia cõmuni quadam æqualitate conuenit. Eiusmodi autẽ est anima, tũ ad seipsam, tum ad corpora qualitas & officium. Siue enim agat secul ipsa, tam intelligenti, ut ita loquar, identitati quãdam miset alteritatem, quã ronis alteritati quadam identitatẽ. Similiter in imaginatione facit & sensu. Siue agat in corpus, in ordine quodã stabili quasi identitate producit motionis alteritatẽ, quod apparet in celo: item sub celo in ipsa generationis alteritate per cõtinuatũ ordinem seruat identitatem: & utrobique conseruat essentiam atque restituit. Quæobrem deus animam mundi componens, vitur harmonica rone, tum in rerum generibus inuicem cõmiscendis, tum in portionibus ipsis, quas ab eis accipiebat ad animam componendã, tum in aiã viribus ortum eius enestigio comitantibus, tum in mundi spheris animæ congruentibus. Talem verò mixturã animæ cõuenire, Plato non solũ rationibus perscrutatus est, sed etiam coniecturis acceptis à mundo diligenter auspicatus. Cum enim mundi corpus, & sub anima positiũ, & eius gratia factum, & ab ea rectum, motum reformatũ contempleretur, naturæ consentaneum iudicauit, ut à figura mundi velut imagine, formam quãdam eius animæ tanquam exemplar conieclaretur. Quibus itaque proportionibus spheras mundi cõpositas, dispositas, agitas, suspiciebat, eisdem sermẽ. i. harmonice rationibus eius animam auguratus est esse cõtemporata: ut quemadmodũ apud muscos à concentu artificioso mentis profiuit, & concentus in vocẽ, sic ab harmonice celestis animæ in mũdum transeat harmonia. Sed Platonem ipsum iam audiamus. Vnam principio accepit portionem ex vniuerso. Secundã verò primæ partis duplam. Deinde tertiam, quæ secundæ quidẽ sesquialtera esset, primæ verò tripla. Postea quartã, secundæ duplam. Quintam deinceps, tertiam triplam. Sextam primæ octuplam. Postremò septimã, quæ partibus sex & viginti primam excederet. Hæc ille. Constituiamus ergò triangulũ in cuius apice locata sit vnitas, à qua terni vtrinque numeri profuant, hinc pares, inde similiter impares: hæc videlicet ratione, ut à parte altera post vnitatem primũ duo, deinde quattuor, demũ octo: altera ex parte sub vnitate similiter primum tria, deinde nouem, postremo septem atque viginti. Prima itaque portio quã accipit deus ex ipso generum, ut ita loquar, sermẽ to ad animam effingendã, est vnitas. Secundã binarius, primæ duplus. Tertiã verò ternarius, cuius ratio tripla est primæ, hoc est vnitatis, sesquialtera verò secundæ. i. binarij. Quarta portio quaternarius, duplus secundæ, hoc est binarij. Quinta nouenarius, cuius tripla ratio tertie. i. ternarij. Sexta o-



ctonarius, cuius octupla ad primam, id est, vnitatem proportio. Septima vigintiseptem, ratio quidem ad nouenarium tripla, vnitate verò excedens partibus sex atque viginti. An his vtiq;e numeris rationes oēs comprehendit harmonicas. Nam in sesquialtera inter nouem & octo pportione, progeniit tonum Musis nouem obtemperãtem. in sesquialtera inter tria & duo Diapente, gratiam vocis quintæ Veneream. In sesquialtera inter quattuor atque tria Diatessaron Mercurialem vocis quartæ naturam, sese consonantũs accõmodantem. In dupla, inter duo & vnum, itẽ inter quattuor et duo, rursus inter octo & quattuor. Diapason, id est vniuersam & absolutam octauæ vocis peperit melodiam Apollini dedicatam. An tripla inter tria & vniũ, itẽ nouem inter & tria, rursus viginti septem atque nouẽ, Diapason Diapente, id est octauæ simul & quintæ tonalẽ cõposuit symphoniam. In quadrupla inter quattuor & vnum, & octo atque duo, symphoniam contexit Disdiapason, iterũ per sonos quindecim Apollini concinentem. Vnitate verò, tum vocis tertie, principis inseruit Diatessaron, tũ vocis sextæ, finibus subnexuit Diapente: ut delicatiori vocis vtriusque mollitiẽ, hinc quidem secun-

dæ vocis, inde verò septimæ asperitas leniretur. Ita enim tertia vox, & sexta sunt mollitiẽ similes, sicut secunda cadẽs à prima, item septima degenerans ab octaua, sunt asperitate perfimiles. Principio vbi deũ ait accepisse portiones septem, mysterium tetigit, tum in musica, tum et in natura. In musica quidem, quoniã ad septimum usque gradum ois uocum p̄greditur disrepãtia: post quẽ sit ad eandem reuolutio. In natura verò, tũ quia multa per septenariũ in naturalibus transf̄iguntur, quã de re ceteri Platonici satis multa dixerũt: tum quia septenarius vnitate habet, ut copulã geminã trinitatis: atque ex his geminis et seipsa rursus explicat trinitatẽ. Eiusmodi verò est vniuersi s̄ similitudo. Quod quidẽ in tria principio distribuitur. Vnde Plato hic ternariũ cõmendauit. Distribuitur in quã in æterna et tẽporalia, horumq; media. Aeterna sub trinitatis pprietate possidet in essentia quidẽ simplicitatem, in virtute verò stabilitatẽ, in actione reflexionem. Tẽporalia vicissim in tria dimensionẽ compositionẽ habent essentia, iterũ virtutis mobilitatem, actionis denique transitũ. Inter has verò trinitates æternorũ atq; tẽporalium, aia medium obtinens, gradũ efficit septimũ. Efficit quoque nonũ, hic etiam à Platone laudatum. Nonũ inquam, quoniã ipsa tres hẽt vultus. Nam et ad seipsam, & ad superiora, inferioraq; cõuertitur. Auuat hic antequã reuertar ad septenariũ parũ per adhuc ternariũ unã cum nouenario cõmendare. Trinitas numerorũ prima, principũ et medium, finemq; rerũ cõtine re videtur, atque sola inter numeros rone quãdam indiuidua cõtinerẽ. Siquidẽ singula hæc singulis significat vnitatibus. Præterea siue causas rerũ percurrere libeat, triplicẽ in causis inuenies pprietatem. Sũt enim cause in seipsis, efficiunt effectus, et factos reducendo p̄ficiunt. Siue ad effectus descendas cõsiderandos, deprehẽdes similiter trinitatem. Nã & effectus sunt in causis, p̄cedunt ab illis, cõuertuntur ad illas. Siue ad aiã te cõtuleris, quæ sublimes causas cũ infimũ come dit effectibus, aspicias eã in seipsa manentẽ & declinantem ad effectus, et ad causas ascendentẽ. Atqui hæc aia triplici septenario regit mundũ, Primo quidẽ oculis quibusdam septẽ vnibus planetarum in firmamẽto p causas dominantium. Secũdo septem planetariũ formis, in globis septẽ firmamẽto subiectis. Tertio septẽ muneribus planetariũ, generationẽ sub Luna regẽtibũ. Quippe cũ sub Luna, vniuersum quidẽ varia Mercurio, calor autẽ vrens Marti subijciatur: in terra superficies Mercurio, moles autẽ tota Saturno. At in medijs regnat humor: et ærius quidẽ obtem pat Ioui, Aqueus verò Lunæ, Mixtus denique Veneri. Itẽ agentes cause sequuntur. Solem, Materiam Lunã: Facilitas causarũ agentũ Iouem: Materiã fecunditas Venerẽ: Expeditio ad effectũ velocẽ Martẽ atque Mercuriũ. Illum quidẽ propter vehementiã, hunc autẽ ob ipsam dexteritatẽ multiforemq; uirtutẽ. Cunctorũ verò continuatio p̄manens Saturno potissimũ dedicatur. Ceterũ hic p tres septenarius ordo p̄greditur à septenariũ, qui secundum tres aiã mundana vres distribuitur. In hac enim intelligentia est circulus stabilis. Circulus quidẽ, quia illuc unde est, reflectitur. Stabilis, quia subito. Sub intelligentia quasi sub firmamẽto tres sunt vires. s. ratio vniuersalis, imaginatio, vegetatio. In rone sunt tres circuli quodãmodo mobiles atque tẽporales. Primus ab aiã ad causam amandã, atque vicissim, naturali quodã instinctu clam ita ferente. Secũdus à rerũ causis ad effectus cõsiderandos, atq; cõuerso. Tertius à formis Ideisq; magis vniuersalibus ad minus vniuersales decursus vicissimq; recursum. In reliquis duabus aiã viribus oino sunt circuli quattuor similiter tẽporales, in utraq;e bimũ. Primus ad causam suã reflexio naturalis. Secũdus ab eisde formis ad easde certa quẽdã in ternallis certis et p̄petua reuolutio, per quã et in celo configurationũ, et sub celo transformationũ tpalis & certa reuolutio puenit. Itaque circuitus generationis necessario celi circuitũ sequitur, hic verò circuitum aiã. Reuolutio aiã orbẽ intelligentiã comitatur. Motus quidẽ aiã se ab intelligentia penitus deseratur, statim tã in p̄cipiendo quã in agẽdo, solũ transibit in rectũ. Quod autẽ repetat semetipsam similesq; palia ḡyros glomeret, sortitur ab intellectu quodã superiore, qui & manẽs in se, et subito cõuersus in causam, largitur intelligentiã aiã, p quã quasi porrectã manu fissũ aiã natura ppria vagabundã. motũq; eius irrequietũ, et ad rectã extra se lineã naturaliter priorẽ retorquet in orbẽ mediũ inter motũ rectum atq; quietẽ. Hinc aiã in semet reditura meat, mẽtemq; profundã circuit, et simili cõuertit imagine celiũ. Sed de his in Theologia diffusius. Redeamus ad numeros.

SVMMA NVMERORVM HARMONICORVM ad compositionem Animæ conducentium, CAP. XXXIII.

Vnitas in superiori figura significat ipsam animæ vnitatem, simplicitatemq; sublimem, & propriam diuinæ vnitatis imaginem, & in ipsa manentem. Dualitas processum animæ in proprietatem suã vnitate inferiorem, & quadam tam ratione multiplicem

margin notes on the left side of the page, including fragments of text from the adjacent page and some illegible characters.

cem . Trinitas regressum eius ad unitatem , tum propriam , tum diuinam . Quatrinitas progressionem animæ à se in materiam quatuor elementorum gradibus digerendam . Septenarius virtutem eius per septem planetarum sphaeras elementa reaturam . Octonarius vim per octauam sphaeram planetas gubernaturam . Nouenarius munus animæ octo sphaeras in vnam formam conciliaturum . Viginti septi numeri summa , plenitudinem eius omnia in omnibus collecturam . Nam viginti septem summa supradictos numeros continet , atque ex illis deinceps ordine positus , vt computanti patet , impletur . Neq; ab re pares in figura , & impares numeri describuntur , quo per pares quidem natura animæ diuisibilis , per impares autem indiuisibilis cogitur , & feminea simul virtus , & mascula . Colliguntur quoq; numeri lineares , & superficiales , & solidi , vt cognoscamus animam penetrare per omnia , & amplificari passim penitusq; implere . Descendit utrunque figuræ latus ad solidum vtriusque numerum . Hinc quidem ad octo inter pares , inde verò inter impares ad septem atq; viginti . Vt cogitemus animam vtraque solida , scilicet tam composita quam simplicia prorsus implere . Intervalla verò numerorum dupla & tripla & reliqua quæ prædiximus , quid propriè in anima sibi velit , & si apud Platonicos adhuc est ignotum , licet tamen in presentia forsitan hunc in modum , vt ita dicant , raticinari . Describatur itaque triangulus iterum , in cuius summitate sit essentia . In latere verò vbi numeri impares describebantur , designetur infinitudo , & deinceps alteritas atque motus . At in latere vbi disponebantur pares , sit terminus , deinde identitas per ordinem in statusq; sequatur . Hic quidem septem simuliter habebimus limites , quorum anima



sub eadē ad se invicem ratioe forsitan particeps fingi potest , sub qua ab initio descripti limites numerorum inuicem se respiciunt , ut anima eiusmodi proportionem tam quinque rerum generum , quam duo generum elementa . i . terminum infinitudinemq; participet . Sit igitur exempli gratia comparatio essentia ad cuncta simul coniuncta , sesquioctaua . Forma . n . totius communis vno saltem excedit gradu quasi tono , proprias partium qualitates . Sit sub essentia infinitudo , id est , formabilis aptitudo . Comitetur hæc terminus , velut ipsius forma . Sitq; termini ad infinitudinem proportio dupla . Superari enim oportet ab actu potentiam patendi . Infinitudinem sequatur alteritas , sed terminum comitetur identitas . Atque hæc ipsa identitas alteritatem superet sesquialtera ratione . Post hæc sequatur motus alteritatem , status autem identitatem . superetq; status motum proportionem sesquitercia . Quod Plato significauit , dicens hæc ab illis vix superari . Quod si proportionem hic explicatas consideraueris , inuenies in super triplas & quadruplas , sicut ab initio patuit in figura . Nam motum quidem ad infinitudinem , inuenies esse triplum , statum verò ad eadem quadruplum . Cæterum vt excogitare possimus harmonicam participandi proportionem in anima , non solum secundum quinque rerum genera & elementa duo , verumetiam secundum vires proprias , septē gradibus distributas , reddamus iam singulas animæ vires , singulis vel generibus vel elementis . Sunt autem hæc vires , unitas , intelligentia , voluntas , ratio , imaginatio , vis comestendi , vis generandi . Postremas verò has duas vires sepe sub vna vel natura vel vegetationis appellatione complectimur . Conferamus igitur hoc pacto , scilicet animæ unitatem , essentia : Voluntatem infinitudini . Intelligentiam termino : Imaginationē alteritati : Rationem identitati : Generandi vim , motum . Comestendi virtutem , statum . Similesq; superiorum inter has vires , proportionem excogitemus . At si æquales in anima proportionem rerum alibi esse diximus , non Arithmeticam paritatem , sed æqualitatem harmonicam intelligi volebamus .

PER INTERVALLA SPHAERARVM PLATO intervalla rationum inter animæ partes auctur . CAP. XXXIIII.


Quemadmodum ex imaginis lineamentis sepe viuens forma lineamenta coniungimus , sic ex hoc imaginario celestis animæ vultu

tu , quem in speculati materia mundi conspiciamus , veram eius faciem pro viribus coniectamus . Dupla igitur & tripla & cætera intervalla in prima numerorum figura descripta . Plato inueniri arbitratu in sphaeris , ad animæ partes & vires , vnde in sphaeras translata sunt , retulit . Putauit . n . quantum spatij à terra vsq; ad lunam extat , duplū à terra ad solem vsq; protendi : quantumq; ab ipsa vsq; ad solem , triplum ab eadem esse ad Venerem . Rursus quantum à terra ad Venerem , quater tantum ab eadem ad Mercurium . Item quantum ad Mercurij stellam ab ipsa terra , nouies tantum à terra ad Martem . Et quantum à terra ad Martem , octies tantum à terra ad Iouem . Quantumq; à terra est vsque ad Iouem , septies & vices tantum à terra vsque ad Saturni circū . Hic inter cætera vides grauiores planetas Iouem atque Saturnum vtriusque per solidos numeros designari . Et si alibi ex nonnullorum Pythagoricorum opinione , alias intervallorum mensuras recensui , Platonicas tamen probabiliores existimo . Per hæc autem forsitan intelligi possunt quæ in decimo de Republica de sphaeris obscurius involuuntur . Item per illa quæ de numerorum proportionemq; virtute tractauimus , coniectari possunt quæ in octauo de Republica de celestis circuitu , et numeris , et proportionibus implicatur .

QUOMODO REPLEANTVR DVPLORVM triplorumq; numerorum intervalla .

CAP. XXXV.

Plato postquam primam excogitauit figuram septem limites continentem , in qua dupla atq; tripla rationes comprehenduntur , deinceps alteram effingit iubet figuram , adeo maiores numeros completam , vt vbi dupla sesquialteritas sesquialteritasq; replentur , he quoq; media sesquioctauis sic impleantur , vt sequitertiarum spatia totum capiant . Describamus ergo figuram primæ similem , sed senarium ponamus in apice , post quem longo spatio subdamus eius duplam . duo denarium , idq; spatium occupemus octonario simul & nouenario . Deinde similiter longo spatio viginti quattuor post duodecim describamus , & in hoc ipso spatio sexdecim decemq; et octo ponamus , eodem ordine inter viginti quattuor & quadraginta octo , velut media triginta duo & triginta sex inserentes . Hactenus duplorum latus absoluimus . Deinceps vero



ro triplorum spatio consummemus , pcul à senario secernentes decem et octo senarij triplum , atq; inter eos nouē et duodecim designemus . Similiter inter decē et octo et quinquaginta quattuor eius triplū , viginti septē et triginta sex collocemus , postremo à quinquaginta quattuor ad eius triplū , centū sexaginta duo , p gemina similiter media , scilicet octoginta vniū centumq; & octo progrediamur . Vt ergo ad primam figuram huius duplam habitudinem reuertamur , consideremus inter sex et duodecim medietates duas , octo scilicet atq; nouē . Et octonariū quidem inter sex & duodecim ratione harmonica se habere . Nā et excedit senariū , tertia senarij portione : et exceditur à duodenario , pportione similiter duodenarij tertia . Item ad senariū sesquitercia est , sed duodenarius ad ipsum est sesquialter . Præterea differētia inter duodecim atq; octo quaternarius est . Differētia verò inter octo atq; sex , binarius . Sic igitur quattuor ad duo , sicut duodecim ad sex , duplice continent rationem . In his verò , quæ diximus , artificij usus sator harmonicū . Comparemus quoque nouē et ad sex p sesquialteram , et ad duodecim per sesquitercia qualitatem , & ad octo p sesquioctauam ppropriatē , qua resonet tonus : intelligemus profecto hæc ipsa sesquioctaua duos sesquitercios colligari . i . octo ad sex , nouemq; ad duodecim . Neq; deest medietas his numeris arithmetica siquid nouenarius senariū quidē excedit ternario , et à duodenario pariter ternario superatur . Similiter per rationes easdē in duplis sequentibus pcedamus , colligentes duplas quidem per sesquitercias & sesquialteras : item sesquioctaua proportione sesquitercia geminas coniectentes . Similiter ferme excepto tono per triplas discurrere licet . Quoniā verò sesquitercia rationes non solum ex duobus tonis sunt , verumetiam ex hemitonij & diatone , hoc quidē minore , cui deest ad plenum hemitonij particula quædam , idcirco Plato inquit , in sesquitercijs portunculam quandam esse reliquit . Cæterū quidnā sibi velit in anima figura hæc per ampliores numeros explicata , nō dū satis videtur à Platonico explicatū , neq; nos in presentia

praesentia explicabimus: nisi forsam dum plura ac saltem duo media inter extremos terminos collocat, subintelligi velit genera rerum elementarum; in anima, quae opposito se invicem modo respiciunt, qualitates duas inter se invicem reddere. Velut si ubi terminus tangit infinitudinem, indefinitam reportet termini qualitatem: atque vicissim ubi infinitudo tangit terminum, determinatam infinitudinis subeat passionem: praeterquam in termino sit infinitudo quodammodo terminalis, & vicissim in ipsa infinitudine terminus indefinitè progrediens. Accedit ad haec quod & inter ipsas animae vires talia quae admodum cogitari media possunt, & animae ad superioris exemplar in mundo inter ea quae longe distant, duo saltem media inferere consuevit. Totus autem plenus significat motum pulsivum; animae tam in seipsa quam in caelo. At hemitonium remissorem in elementis, & usque adeo à primo deficientem, ut perfectionis eius dimidia minore suscipiat portionem. Totus denique superior de harmonia tractatus triplicem cordiam significare videtur, scilicet inter animam atque corpus, & inter animae partes invicem, atque inter partes corporis invicem.

DIVISIO ANIMAE, MOTVS ET TEMPVS.
CAP. XXXVI.

QVOD vero ait ipsam generum commixtionem in cōsummatione animae fuisse consumptam, intellige animam à deo processisse perfectam; ut suam fermè ideam impleverit. Divisio praeterquam in longum, ostendit proprium animae motum naturaliter esse rectum, scilicet in sensum, & vegetandi sive monendi naturam. Item ob id fecit in duo, ut ostendat tum in anima duplicem esse rectum motum, scilicet ad sentiendum atque movendum, tum ab anima in corpore similiter esse geminum, scilicet uniformem atque multiformem. Interfecit vero lineas duas ad animam figurandam, deinde eas reflectit in gyrum, indicans naturam animae ex se ad rectum motum proclivorem, ab ipso deo per intelligentiae munus circulari motu prorsus accommodari: geminis inquam circulari, firmamento scilicet non erranti, ac post firmamentum orbibus peragantium planetarum. Firmamenti quidem circuitus ipsam identitatis intelligentiae naturam proprie refert. Anfractus autem multiplices planetarum, proprie naturam alteritatis inferiorumque animae partium representant. Sed ex ipso interiori animi motu simul & tempore, tempus in mundo motum consequitur. Tangit inter haec pauca quaedam atque communia, quae ad Astronomiam pertinent: sed haec facile quis vel mediocriter eruditus intelligit, & de his nimis multa Platonici quidam, tum Graeci, tum Latini pertrahunt. Surgit mox quaestio de ideis ac de generibus animalium mundanorum, de quibus in theologia latissime pertrahimus. Praeterquam quod de ipsa deorum quorundam demonumque genealogia recenset, quidnam habeat verisimilis, in Theologia similiter & alibi declaratur.

QVAE A DEO PROXIME, ET
quae per media fiant.
CAP. XXXVII.

HAECENUS patere cuique potest, ab intellectu diuino mundi opificis animos deosque mundanos & demones, & omnes mundi sphaeras, speciesque ipsas rerum absque medijs causis processisse. Quae autem de materia prima sit inter Platonicos ambiguitas, narravimus ab initio. Mandat ergo posthac architectus mundi filijs suis, id est, animabus sphaerarum stellarumque & demonum, vel etiam inferioribus angelis, ut ad imitationem sui, mixtionem sub luna verè aggreddantur, hominibusque subiciant omnia, rationalemque eius animam ab ipso acceptam, corpori caduco concilient per vitam quandam irrationalem, partim ab ipsis, partim ab anima hominis dependentem. Notabis autem in ipsis dei verbis quicquid proxime sit à Deo, sempiternum esse: & quicquid illa ratione componitur, quatenus compositum est, esse etiam dissolubile. Sed quatenus per divinam voluntatem composita quaedam ita constantur, ut in eis vitas superet multitudine, indissoluta servari. Notabis insuper, ubi ait deum in suo habitu permanere dum mandat, ministros autem sequi nihil mutabilitatis in Deo esse, dum mobilia regit & movet: in ministris autem eius providentiam esse mutationi cuidam propinquorem. Denique in his omnibus Mosaicum illud, Ego sum qui sum, cognoscet mirifice confirmationem.

DE HOMINE QVOD AD PERTINET
ad animam atque corpus.
CAP. XXXVIII.

Rationalem hominis animam ut à deo ex eisdem rerum generibus eadem in cratere commixtis, atque mundi animam fuisse

constatam. Crater significat ipsam vitae rationalis ideam. Sed adiungit ex reliquis superioris commixtionis fuisse confectam, significans particulares vias universali vita inferiores esse. Tum vero deus animas, id est singulos ordines animarum, singulis stellis accommodat. Adhibet & vehicula, id est, aetherea corpora. Docet & fatales leges, dum animabus infundit formulas idearum, per quas animae in se quandoque conuersae, rationes rerum agnoscere possint. Quod autem de animae descensu fatali atque circuitu inquit, alibi est expostum. Post haec ministri dei fabricam humani corporis prosequuntur, occultis eam vinculis connectentes. Per vincula haec occulta intellige complexionem hominis esse adeo temperatam caloremque persimilem, ut vix in ea elementarium qualitatum excessus appareat. Subdit deinde de circuitu animae in mole corporis impediri. Hic tu ante alia memento animam nostram simili ratione atque mundi animam contentam fuisse, similesque circuitus possidere. Circuitum ergo intelligentiae impediri ait, rationis vero circuitum distrahì, duabus praecipue rationibus: tum quia prius quam adultum sit corpus, anima tota in fabrica corporis occupatur: tum quia quae extrinsecus sensus movent, in teneriori aetate offendunt vehementius, & propter novitatem rerum animam circa corporea reddunt admirabundam. His ergo de causis, diu & intelligentia à diuino vacat officio, & rationalis ipse discursus circa inferiora distractus, quasi demens, turbatur & fallitur. Sic igitur totus animus peruersam figuram subit, vitamque ducit laboriosam, dum ratio cedit sensibus, perinde ac si quis caput pro pedibus humi figat, pedes vero pro capite tollat in altum. Iam vero quae de membrorum corporis dispositione adducit in medium, satis à medicis pertrahuntur. In quibus id potissimum observabis, caepta dici non principale solum, sed etiam totum in corpore: reliqua enim solum ut capiti seruiant, adiuncta fuisse. Ex quo colliges hominem contemplationis gratia esse natum. Sequitur de sensuum instrumentis. Quae vero in his de visu dicuntur, a Chalcidio satis, & quae de somnijs, alibi satis exponuntur, à nobis. Considerabis mox firmam de causis Platonis nostri sententiam res qualitatesque corporeas quae non ex se, imò ab incorporea quadam causa moventur, & diriguntur ad finem, non esse reuera causas appellandas, sed latentis providentiae instrumenta. Causam vero praecipuam esse voluntatem providentiae, ad exemplar sui sic omnia disponens, ut optime se habere iudicat & decernit. Itaque finalem causam praescriptam in providentia, summam Plato asserit causarum. Tum confirmat iterum hominem esse natum ad caelestia contemplanda, imò vero ad ipsum caeli motorem pro viribus imitandum. Et quemadmodum dixerat visum, sic & auditum contemplationis & disciplinae gratia nobis esse tributum: item ut per sensibilem harmoniam animi quoque motus harmonicè componamus. Caeteros autem praeter visum auditumque sensus, quasi minus conducant ad speculandum, nihili pendit.

QVOMODO MVNDVS EX MENTE
& necessitate compositus sit.
CAP. XXXIX.

POSTquam tractavit de formali mundi ordine, quem ideo vocat intellectum, quoniam est intelligentiae diuinæ simulacrum, tractat iam de materia mundi: quam ideo necessitatem nominat quia non propter seipsam, sed tanquam formis ultimis necessaria, est introducta. Item quia mundus ob eius admixtionem deformis non nihil necessario patitur. Hinc illud: Mundus est ex intellectu & necessitate compositus: id est, ex ipso formarii ordine atque materia. Possumus quietiam sub necessitatis nomine intelligere non materiam solum, sed animam quoque eius in primo processione sua signo velut informem materiae instar consideratam. Vtraque enim, tam anima, quam materia, in primo originis suae signo informis quidem est, sed facile est formabilis per intelligentiae munus. Unde & ipsae animae rationes seminaque formarum naturalium infunduntur, & materiae qualitates atque formae. Quod autem ait, ante mundi dispositionem elementa quodammodo extitisse, intellige quasdam elementorum vires tum formatrices in anima, tum formabiles in materia. Item quod inquit, materiam ante mundum absque ordine fuisse iactatam, expone potentiam animae motricem etiam ante intelligentiae munera potuisse materiam agitare, sed procul ab ordine. Praeterea ubi ait mundum à Deo exornatum fuisse persuasa prius necessitate, sic accipe, ut prima illa materiae animaeque natura quae vis cogitetur informis, tamen praeparationem à Deo ad formas adeo formabilem suscepit ab initio, ut non potuerit esse paratior. Observanda inter haec est illa distinctio, qua dicitur universam in exordio libri in duo fuisse divisam, id est, exemplar atque simulacrum: nunc vero distinguendum esse in tria, id est, exemplar, & simulacrum, & materiam. Hic primo quidem videri potest re ipsa

R q idem

idem esse, ipsum exemplar mundi & efficientem eius causam & finalem. Deinde totum mundi ordinem non tam substantiale quiddam esse, quam inuisibilis mundi simulacrum. Præterea quod materiam & supra se creavit à mente, & hic à mentis fecerit simulacro, coniectare possumus materiam non tam per ideam propriam quam per ideam formæ à Deo procedere, neque antecedenti proposito, sed quodammodo consequenti, ab intelligentia, ut ita dixerim, adiuventam. Tum vero & materiam esse, & quid sit, & quo pacto se habeat, ex perpetua transmutatione formarum diligenter ostendit: ex qua etiam materiales formas esse quodammodo falsas arguentur. Deinde per eas ad veras idealesque formas ascendit, quæ omnia in Theologia planius declarantur. Adduxit in medium multa materiæ nomina, scilicet speciem inuisibilem, Sinum informem omniumque, capacem formarum. Naturam, Potentiam, Matrem mundi, Nutricem formarum. Subiectum, Receptaculum, Locum. Sed ex hoc loci nomine ridere licet Peripateticum adeo ineptum, siue maleuolum potius, ut dementiæ Platonem insimulet, quasi materiam voluerit locum esse proprie mathematicum. Quod quidem per cetera materiæ nomina euidentissime confutatur. Denique ex eo quod materia propriam sibi vendicat informitatem, argumentare vitiatem sibi pariter vendicare. Si enim informis, ergo & indistincta. Si ita, ergo & vnum. At ex eadem informitate non sibi vendicat esse, sed per ipsam potius cadit ab esse. Cum igitur vnum, atque ens, non æquè materiæ congruant, eadem inter se esse non possunt. Est autem vnum superius ente, quoniam latius sese fundit: præsertim cum priuationi insuper cui non conuenit ens; tamen conueniat vnum. Ex hoc rursus argumentatur materiam à summo tantum principio rerum posse produci.

QUOMODO PHYSICA CONSTENT EX mathematicis ac de elementis & mixtis.

CAP. XL.

Deinceps Physica per mathematica probaturus, in primis mathematicorum doctrinam laudat tanquam omnis eruditionis in genua viam. Longum Laurenti foret in præsentia recensere, quot nostris temporibus mathematicam ingressi viam, ad finem peruenerint exoptatum. Petrum Leonem Spoletinum nouimus mathematicorum maximo beneficio, non Aristotelico tantum, verumetiam Platonico iam sensus penetrasse. Florentiæ vero Baptistam Leonem Albertum ab essem disciplinis exorsum, opus in architectura pulcherrimum edidisse. Quid dicam de Francisco Berlingherio nostro Nicolai filio? nōne hic mathematicorum beneficio fretus de Cosmographia versibus scripsit egregie? Neminem vero turbet, quod Plato Pythagoreorum more ex mathematicis physica cōponere videatur. Nō enim intelligi vult naturalia corpora ex figuris & numeris tanquā ex elementis & partibus, sed tanquam ex terminis, quādā resolutione cōponi: quod videlicet naturalia in illa quāsi priora ac veluti termini nos resoluantur. Nōne termini corporum dimensiones sunt atque figuræ? Numeri etiam termini figurarum? Præterea species naturales subiecto non solum communi, sed proprio indigent. Figuræ autem satisfaciunt commune subiectum. At numeri, neque proprio, neque communi, neque vllō profus corporeo indigent fundamento. Ex quo patet figuræ quidem naturalibus speciebus, numeris autē figuris esse priores. Triplicem ergo in rebus ordinē Pythagoras Platoque cogitabant, specierum, figurarum, & numerorum. Triplicem similiter inter ideas, adeo ut & in rebus & in ideis, species in figuris, figuræ resoluantur in numeros: atque certæ species figuris certis, certæ figuræ certis numeris quodam modo congruant, rerum ordine omnino sic exigente. Quamobrem vbi sunt species ignis ex pyramidalis figura, & pyramidem solidam ex triangulis quattuor, & hos ex quaternario ternarioue constitui, significare volunt proprietatem quandam in his cum illis communiter esse persimilem, & comparanda hæc inter se potius quam componenda. Hac utique ratione figuram igni pyramidalem tribuit, Aëri figuram facies habentem octo, quam nominat Octaedram. Aquæ facies habentem viginti, quam Icosaedram vocat. Terræ facies sex habentem, nomine Cubum atque Talem. Vniuerso denique duodecim facies possidentem. Et pyramidalem quidem figuram ideo conuenire vult igni, quia tenuis, & ad incisionem præ ceteris apta, ex paucioribusque triangulis constituta: ideoque omnium leuissima figurarum. Figuram vero cubicam terræ, quia solidissima atque stabilissima sit. Figuræ alias medijs elementis, quoniam ad motum atque statum inter ignem & terram medio modo se habet. Dodecaedram, quæ duodecim facies habet, congruere puta mundo propter sphaeræ duodecim, ac signa duodecim in Zodiaco. Resoluit autem solida in plana, plana vero in triangulos, præcipue in eos qui retrianguli nominantur. Quorum vnus Scalenus sit. i. scalaris,

latera omnia in æqualia possidens. Alteri Isosceles, id est æquicrus, duo habens æqualia latera. Nam triangulum æquilaterum, in quo neque reclusus angulus, neque linea in perpendiculari reclusa sit, minus componendis planis aptum existimat. Constituit ex Scalenis pyramidalem & octaedram, Icosaedramque molem: cum pyramidem ex triangulis quattuor æquilateralibus constituitur, quorum quilibet in sex triangulos Scalenos diuiditur. Octaedra figura ex octo similibus, quorum quilibet in sex triangulos Scalenos similiter distribuitur. Icosaedra figura ex viginti similibus, quorum quilibet similiter in sex Scalenos euadit. Isosceles autem triangulus figuræ cubicæ dicitur elementum. Quattuor enim Isosceles trianguli concurrentes quadrangulum complent. Ex huiusmodi vero quadrangulis sex Cubus efficitur. Denique Dodecaedram figuram mundo, ut dicebam, accommodauit, quoniam siderum formæ duodecim suspicantur in Zodiaco, quorum quilibet in partes triginta secatur. Similiter in figura dodecaedra interioret licet pentagonos duodecim, singularem in triangulos æquilateros quinque diuisos, ita ut vnusquisque rursum ex triangulis sex Scalenis conficiatur, & in omni mole dodecaedra trecenti sexaginta reperiantur trianguli, quot etiam in Zodiaco portiones existunt. Tractat vero deinceps de motibus passionibusque elementorum, & quos effectus mixtione conficiant. Præterea qualis sit mixtura elementorum, tum mixtorum inuicem commutatio. Inter hæc de mixtis imperfectis agit, & de perfectis, de liquoribus, & lapidibus, & metallis. Sed hæc ferè omnia Pythagorico more subobscure metaphoris inuoluunt: apertioribus autē verbis Platonem auditoribus suis tradidisse putamus, & Aristotelem præ ceteris manifestius eadem literis commendasse. Horum itaque omnium à libris Aristotelis de generatione atque Meteoris interpretatio requiritur. Tractat insuper de passionibus quæ ab elementis animalium sensibus inferantur. De passionibus inquam, & occultis, & manifestis. De voluptatibus doloresque specibus. Quæ in Philebo, & nostro de Voluptate libro perspicue declarantur. Agit præterea de sensibus ipsis, eorumque objectis. Distinguit sapores, odores & voces atque colores.



ITERVM DE HOMINE quantum ad animam spectat & corpus.

CAP. XLII.

Consideratione dignum est, quantum nos admodum Platonem dandam esse operam, ut nos ipsos, pro virtutibus cognoscamus, meminerimusque omnia infra lunam fuisse nobis à deo subiecta, nequando ipsi contra dignitatem nostram inferioribus nos nossemus subijciamus. In ipso enim totius disputationis exordio decretum est de vniuerso tractari vsque ad ipsam hominis genturam. Rursus in medio disputationis cursu dijs à patre præcipitur exornare hominem, dominum animalium, quem ad imaginem & similitudinem suam esse velit atque præesse. Deinde paucis interiectis redit ad hominem. Demum prope finem resumitur, quod primo fuerat institutum, videlicet de vniuerso vsque ad genturam hominis fuisse tractandum. Atque in cunctis Mosarico more probatur hominem in diuino hoc opificio, & in primis proponi, & postremum fieri quasi finem. Ergo nunc & omittens alia reperit diuinum in homine generando mandatum, & in hoc absoluendo diuinorum obsequium ministrorum, neque id quidem inuaria. Prædixerat enim solum in terris hominem iustitiam & superos esse culturum: ut maxime rationi sit consentaneum, deos genturam hominis diligenter excoluisse. Sed his omnis, quæ sequuntur expediamus. Iterum de anima irrationali tractatur non à deo proximè, sed per sequentes mobilesque causas constituta, quæ rationali subiecta sit, celsius à deo demissa. Irrationalem vero animam Platonicè non tam substantiale aliquid, quam accidentale quiddam esse putant, quasi rationalium vestigium animalium, in quo sensus quidem sunt, sed per diuersa corporis instrumenta diuisi atque patibiles. Sensum autem in ipsa anime rationalis substantia ponunt communem, simplicem, impatibilem, qui non proprie accipiat illatas à corporibus passionibus, quemadmodum sensus alter, sed alterius sensus percipiat, siue potius iudicet passionibus. Proinde rationalis anime substantiam indiuisam, & in se consistentem esse probant, neque capiti veluti sustentaculo, commendatam, sed quasi vel instrumento ipsius accommodatam, vel cuidam in suo genere simili comparatam. Irrationalem vero in membris quodammodo residere: & partem quidem eius audaciam & iracundiam compem cordis: partem vero concupiscentiam deditam

deditam, iecori commendatam. Verum de hoc ipso iecore miram Pythagoricorum notabilis opinionem, videlicet id membrum ex certa soliditate & clara pariter lenitate sic esse temperatum, ut speculando imagines rerum accipiat facile admodum atque reddat. Profecto quemadmodum imaginatio vehemens gravidæ mulieris in fetu tenerimo sepe exprimit rei desiderata notas: ita vehemens siue mentis notio, siue sensus imaginatio naturam iecoris specularem facillime format. in hoc ipso speculo demones superiq; futurorum effingunt imagines, quoties patato prorsus animo aliunde illic imagines non pinguntur. Itaque futurorum nota speculo huic infusa in mentem protinus imaginationemq; resiliunt: sed illic sepe imaginibus alijs adeo confunduntur, ut futura portendere nequeant. Quando videlicet vel mens prudentiæ officijs occupata circa gubernanda distrahitur, vel imaginatio similibus negotijs occupatur. Vbi vero rationis imaginationisq; vacat prudens & continuata & laboriosa discursio, sepe imagines futurorum à superis in speculum nostrum prosilientes, inde in iudicium manifeste resiliunt. Verum quidnam portendant discernere illius est officium, qui ab antecedentibus in consequentia prudenter sequeatq; discurrere consuevit. At vero discursio talis impedit ratiocinium, ut merito alijs sint qui prouident, alijs qui prouisa interpretantur & explicant. Post hæc profectur materiam latissimè à medicis explicatam de humoribus complexionibusq; & mirabili humani corporis artificio. Atque elegantiam Platonis in hominis corpore describendo adeo admiratus est Bartholomæus Fontinus noster rhetor egregius, ut præclara oratione probauerit, neque Laetantium, neque Cornelium Celsum, neque Ciceronem ipsum in re describenda ad miram Platonis eloquentiam accedere potuisse. Inter hæc præceptum religiosum considerabimus, non esse de diuinis vterius affirmandum, quam diuinum confirmet oraculum. Item prouidentiam in homine componendo nullam omnino aliam habuisse rationem, nisi ut contemplationi foret aptissimum. Rursus res naturales in effectibus producendis non esse proprie causas, sed diuinæ prouidentia instrumenta. Principalem namque causam singulorum in ea intelligentia stan esse, quæ boni rationem habens, singula futura commodatis gratia fabricat. Desinit deinceps quid sanitas corporis sit, quid morbus. Distinguit quoque morborum, tum aliorum, tum febrium species, singulorumq; rationes assignat. Quales esse potissimum rationes quas apud Galenum Platonem legi, iamdiu existimauimus, ac nuper à Georgio Cyprio insigni medico sum in sententia confirmatus. Hic enim his diebus cum ad me curandæ matris meæ gratia frequenter accederet, meq; reperiret hæc ipsa legentem, miro quodam ordine Galeni mentem cum Platonicam mente coniunxit. Post hæc autem perfectam hominis valetudinem desinit communem corporis animiq; concordiam. Quam tunc demum possideri putat, quando tan corpus quam anima in seipsis dissonant bene, deinde simul optime componuntur. Optime inquam, id est, æquali quadam mensura, ut neque robur animi nimis excedat modum corporis, neque robur corporis speret animi modum. Sed antequam perfectam hanc desinat sanitatem, animi morbum distinguit in duos, scilicet ignorantiam & insaniam. Insaniam vero duplicem esse ait. Vnam qui dem occultam, quæ in continua pronaq; ad insaniam affectione consistit, puta habitum quandam ad perturbationem aliquam propensissimum. Alteram vero manifestam, scilicet quam vel aliquam perturbationem supra modum adauclia detegit, ut in gradu summo cupiditatis & uoluptatis, timorisq; et doloris, & ira: vel vapores humorum inclusi membri inducunt, ut atra bilis ex sanguinis, vel bilis, vel salis pituitæ adustione promeniens. Interea ubi ait, neminem sponte esse malum, sed propter naturam consuetudinemq; deprauatam, intellige naturalem procliuatam non mediocriter per oppositam consuetudinem cohiberi ab initio potuisse: sed procliuatam illam diuturna consuetudine confirmatam extirpari quidem omnino non posse, exacta nihilominus doctrina exhortationibusq; amputari. Docet post hæc colere corpus simul & animum, perpetuo quodam exercitationis motu. Exercitationis inquam moderatæ, motu inquam proprio, & ad bonum proprium rite directo: quo utrinque exercitatum atque nutritum tantum virium consequatur, ut alteri non succumbat. Optat quidem Plato corpus animo cedere, sed non ita succumbere, ut motus animi sustinere non possit. Optat corpus validum atque firmum, sed sub animo longè validiore. Mox quantum exercitationem laudet, attende: quantum temerarium pharacorum vituperet usum. Proinde quemadmodum tam corpus quam animam proprijs exercere & confirmare motibus iusserat, sic tres animæ vires, i. rationalem, animosam, cupidam, suis quamlibet motibus præcipit conseruare: Veritas enim rationalem alimentis frequentioribus nutrire, ne ceteris succumbere compellatur. Ait intellectui homini pro demone datum, scilicet intimo. Alterum. n. demone habet externum. Item rectum corporis habitum quasi celesti vrbibusum.

Rursus eum qui vires irrationales supra modum nutrit, mortalem euadere: quasi doceat quomodo accipiendum sit, ubi ait hominem fieri brutum, id est bruto persimilem. Addit eum qui præcipue alit mentem, sic immortalem fieri, ut immortalitatis nulla pars desit. Imperfecta enim immortalitas est, quæ motu agit perpetuum: perfecta vero, quæ manet: qualis vique est in eo qui sola iam intelligentia viuunt, euaditq; ex hõie demone. Ex quo intelligitur etiam, quando ait hominem effici brutum, id non proprie, sed quadam similitudine dici. Prætere ex eo quod subdit, seminas ortas ex masculis, si placet, obscure nobis referat Mosaicum illud: Euam ex viro fuisse produciam. At verò gradus brutorum oēs paulatim ex grauiori rationalis animæ lapsu multiplicari, intellige animam nostram ob quandam liberi motus infirmitatem, posse et intra se in brutorum oium affectus habitusq; prouere, & extra se supplicij loco inter similia bruta, vel brutorum loca diuino quodam transferri iudicio. Item oēs inferiorum videntium dotes in hominis anima tanquam perfectissima contineri: atque brutorum animas in ipso rerum generationisq; ordine ad nostram referri, quasi finem. Si hanc in modum progressionem animæ rationalis in alias, atq; vicissim in hanc aliarum regressionem acceperis, forsitan à Platónico sensu non aberrabis. Ipse. n. hic sub persona Pythagorica loquens, fabulam opportune conijungit Pythagoricarum similem fabularum. Atque ne hæc quasi sub historica veritate forsitan admittemus, non aliter quam poetæ soleant animalium transformationes ad ducit. Atque Timæus Locrus in libro de Mundo fabulosa hæc esse fatetur. Hæc igitur sic accipito: Timæiq; librum eo sine ecludito, qui doceat nos, Deum ante oia colere, qui bona omnia sola benignitate prouidentia procreauit. Decreueram magnanime Laurenti breuiorahic quemadmodum argumentum decere videbatur, afferre, multaq; amplioribus cõmentarijs, quæ in Timæum iam designauimus, reseruare: Sed Philippus Valor Platoniorum studiosissimus, penes quem vniuerso Platónico operi in agro Maiano extremam manum imposui, plura me hic coegit effundere, Philippus Valor Valoriæ virtutis generosissimus heres. Cui ego plurimum debere me fateor, tum quia Platonica egregiaq; omnia magnopere colit, tum quia singulari amore erga te tuosq; omnes afficitur.

T I M A E V S P L A - T O N I S . S O C R A T E S , T I M A E V S , C R I - T I A S , H E R M O C R A T E S .



Nvs, duo, tres. Quartus autem, o amice Timæe, eorum qui à me heri conuiuio accepti, vicissim me accipiunt nunc, vbi nam est? TIM. Aduersa aliqua valetudine laborat, o Socrates. Non enim sponte ab hoc cœtu & disputatione abstinisset. SOC. Ergo tuum, o Timæe, & horum erit officium, quarti illius absentis partes implere. TIM. Ita prorsus. Sanè nihil quoad fieri poterit, prætermitemus. Nam cū laute abs te heri accepti fuerimus, haud æquum sit, si non pari alacritate qui hic sumus vicissim accipiamus. SOC. Nò recordamini quæ vobis et quam multa traclata propofui? TIM. Partim quidè recordamur, partim vero tu, si exciderint, suggeres. Imò uerò nisi molestū sit breuiter illa ab exordio repete, quo magis ea nobis cõsent. SOC. Faciã equidem. Summa disputationis hesternæ erat, Resq. qualis mihi, et ex qualibus uiris optima posse fieri uideretur. TIM. Nobis certe oibus ualde probata sunt, o Socrates, q dixisti. SOC. Principio agricolas ceterosq; artifices à militibus separauimus. TIM. Certè. SOC. Cū uerò cuiq; quod pro naturæ instinctu præcipue suū est & singula tantum singulis artibus officia tribueremus, illis quoq; quos præ ceteris bella gerere oporteret, id vni duntaxat, procegeda scilicet ciuitatis munus iniunximus, et aduersus externos hostes, et aduersus ciues reip. eueriores: ita ut er-